1535

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS

Archivo de Loyola

Sección 3.ª Serie 2.ª N.º 61.

Est. 13

Plut. ~~3.~~ 2

...yola

Alb

I. H. S. Alberti Froti... de vero et perfecto Clerico libri sex
Lugduni apud haeredes Simonis Vincentii. 1593. (Archiv

Archivo de Loyola
Estante ........
Plúteo ...12...

Universidad de Deusto Biblioteca

**I. H. S.**

*Alberti Froti Ferrariensis de vero et perfecto Clerico libri duo, cum indice.*

*Lugduni apud Hæredes Simonis Vincentii.*

**Año** 1535.

(*Archivo de Loyola*).

5 D/6 Vitrina

Universidad de Deusto
Biblioteca

# ALBERTI TROTII FERRA-riensis clariſſimi utriusq; Iuris periti, de uero & perfecto Clerico libri duo, cum Indice.

*Opuſculum ex uetuſtate nouum.*



VINCENTI

LVGDVNI
APVD HÆREDES SIMONIS
VINCENTII.
M. D. XXXV.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# ECCLESIASTICO ORDINI REMVNDVS FRAGVIER.

S.

SEptuageſimus fermè annus eſt, ſanctiſſima natio, quo Seuerinus bibliopola Albertum hunc ueſtrum Trotium de uero & perfecto clerico uetuſtis quidẽ characteribus Ferrariæ impreſſerat, non uulgarem aſſecutus de pijs ſtudijs exiſtimationem. Verum cum proceſſiſſet tempus, quod mortalium rebus propè omnibus obliuionem incuria uel ſua edacitate afferre ſolet, cœpit & Albertus & Seuerinus ex hominum memoria paulatim labi: ut uix bene apud rariſſimos, & quidem antiquorũ codicum aſſeruatores inuenirentur. Impulit noſtrum tandem animum nuper exortus errorum peſtilentiſſimus draco (cuius caput Virgo illa ſupercæleſtis toties contritum iam retundit) ut tot luſtris iacentem Albertũ excitaremus: quo nullũ uobis putabamus pro tempore conducibiliorem Aegida ad repellendos Gorgonis angues. Nam letalis huius aconiti diſſeminatores nullũ genus hominum ueſtro habent infenſius, & quod magis impetant. Bonis igitur animis ueſtra hæc arma noſtra opera repoſita ſumite: & ſi quid prælij aduerſus hoſtes molimini, in huius opuſculi lectione tanquàm in arena primùm aſſueſcite, ut ex profeſſionis ueſtræ obſeruatione in campum aliquando delati tela habeatis Apollinea ad Pythona cõfodiendum: quo demum perempto (ut futurum breui ſperamus) triumphum ex hoſte pulcherrimum reportetis. Valete.



# AD REVERENDISSIMVM IN CHRISTO PATREM

ac dominum D. tituli ſancti Clementis preſbyterum Cardinalem digniſſimum. D. Bartholomeum Roucrela, Alberti Trotij Ferrarienſis deditiſſimi ſibi ſerui Epiſtola.

OPVSCVLVM QVODdam iamdudum per me incohatũ, & in ſcriptis tradi incœptũ in hoc Ferrarienſi ſtudio noſtro perfeci tandem, & abſolutum reddidi, Reuerendiſſe ac obſeruãdiſſime mihi domine. Opus ſanè utile, canoniſtis maximè ac clericis: generaliter omnibus eccleſiaſticiſq; ꝑſonis: propter materiam in eo contẽtam eis per maximè cõueniẽtem, ut ex eius titulo ac prooemio intueri licet. Intitulatum enim eſt, De uero & perfecto Clerico: quæ & quot concurrere oporteat in eo. Qua materia nulla profectò cõueniens magis, nulla ſic oportuna, nulla cognitu neceſſaria magis, magiſq; penſari poſſet, excogitariue. Quippe cum ex ea unuſquiſq; inſtruatur, ac inducatur ad cognitionem primò ſuimet ipſius, ſtatuſq; ſui, in quo uocatus militat. Inſuper & moneat, qualem deceat eum eſſe. Quæ & quot requiſita in ſe habere: quæ multa ſunt, ac plurima. Qualiter denique uiuere, aut ſe habere debeat: non ſolũ in ſpiritualibus, & circa ea: ſed etiam circa tempora ipſa, ut ſic non ſolũ Clericus uerus, ſed etiam bonus, imò & perfectus appellari meritò poſſit, ac re ipſa exiſtere. Quę cognitio ſui ipſius ac prædictorũ omniũ qualis & quãti effectus ac utilitatis exiſtat, facilè eſt unicuiq; ſanæ mentis intelligere. Cæterũ penſanti mihi atq; animo deliberanti, idipſum hoc opuſculũ ſic diuina opitulante gratia perfectũ, uiro

Universidad de Deusto Biblioteca

cupiã inſigni ac præclaro inſcribere: ut fieri aſ-
ſolet, Tua cꝫ primum Reuerẽdiſſima D. ſeſe me
moria obtulit: & meritò quidẽ, ac cõuenienter.
Cui enim dirigi, ac aſcribi cõueniẽtius libellus
iſte noſter poſſet: cꝫ uiro alicui uni eccleſiaſti-
co, eidemcꝫ digniſſimo, ueluti tu? In quo omnis
illa, quæ deſideratᷣ, perfectio: omniacꝫ requiſita
illa, quæ in uero & perfecto Clerico poſita ſunt
neceſſaria, perfectè reperiantᷣ, atcꝫ eluceſcãt oĩa:
ueluti in exẽplari quodã ſpeculo. Quis inſuꝑ, ſi
dignitas attendatᷣ, in mẽtẽ uenire potuiſſet alius
dignitate ſimul & autoritate ſublimior, ĩgenio
perſpicatior, multarũ rerũ experiẽtia prudẽtior,
doctior quocꝫ, atcꝫ excellẽtior in omni ſcientia
rũ genere ac facultate? Profectò nemo alius ex
omnibus mihi notis: maximè cui tantopere affe
ctus ego ipſe ſum: aut cui lucubratiunculã hanc
meã, qualiſcũcꝫ illa ſit, gratã magis fore cõfidã.
His igitᷣ rõnibus motus ego: talicꝫ ut ſuprà du-
ctus fiducia obſeruãdiſſime mihi dñe: opuſculũ
hoc idẽ ipſum, ſic ut ante in mentẽ uenerat, tuo
nomini inſcriptũ dedicatũcꝫ: & iam non meum
ſed tuũ effectũ, mitto ad reuer. do. tuã. Quod ac-
cipere dignetᷣ ipſa à deditiſſimo ſeruo ſuo, ꝑ mu
nuſculo quodã exiguo grato (ut ĩ oĩbus aſſolet)
ac iocũdo animo. Atcꝫ eò quidẽ gratiori atcꝫ a-
lacriori, quò ex impreſſione dignoſcetᷣ ſcriptũ:
ex qua plurima etiã alia emanaſſe credendũ ſit:
ut ſic eò amplius tui in illis impreſſi noĩs famã
noueris extendendã eſſe, diuulgandãcꝫ: quò ad
pluriũ manus eorũ copia deuentura ſit: tantocꝫ
etiã magis autoris labor meritorius reddatᷣ, quã
tò ad plures magis ex ipſius diuulgatione ope-
ris ſua ſeſe extendet utilitas. Vale tui ordinis
clariſſimum decus: & me tuæ Reuer. D. deditiſ-
ſimũ, carũ cõmendatũcꝫ: continuè digneris ha-
bere. Ferrariæ. x. Caleñ. Ianuarij. M. ccccLxxvj.



# ALBERTI TROTII FERRARIENSIS DOCTISSIMI IVRISPERITI De uero & perfecto Clerico, Quæ & quot concurrere oporteat in eo,

## LIBER I.

### OPERIS DIVISIO.

QVia de uero & perfecto cle
rico pæſens nunc, qui aſſu-
mitur, habendus eſt tracta
tus: quẽ aggredior in Dei
nomine, ad inſtructionem
& utilitatem eorũ, qui in
ſtatu ſunt clericali, aut effi
ci deſiderãt: Ego Albertus
Trotius iuris utriuſcꝫ in-
terpres, licet minimus, nunc actu legens, ac ordi
nariam Iuris Canonici cathedram regens in al
mo Ferrariẽſi gymnaſio: utile eſſe arbitror, an-
tequàm ad opus ipſum deueniatᷣ, breuiter ipſius
operis diuiſionem præmittere; ex qua diuiſione
ordo appareat dicendorum in eo. Erit ergo diui
ſum opus totũ hoc in duas partes principales:
& ſic in Libros duos. In primo tractabitur de
Clerico uero: quis ſcilicet dicatur de iure cleri-
cus: ut ſic ſciatur quis ſit uerus clericus. & hic ui
debitᷣ de omnibus his ſeriatim, uidelicet: Quot
ſint nomina clericorum: Quot eorum gradus,
ſeu ordines eccleſiaſtici: Qui ueniant in iure no-
ſtro ſub appellatione clericorũ, & qui nõ. Vnde

Universidad de Deusto Biblioteca



hoc nomen Clericus deriuatũ ſit: & de ethimo-
logia eius, & uniuſcuiuſq; nominis clericalis.
A quo primum tempore clericorum inſtitutio
ſuum exortum habuerit: & quid ad unumquẽq;
clericum ſpectet facere in ſuo ſtatu, gradu, uel
ordine. Et cum his terminabitur primus liber.
Secũdus liber erit, de bono ſeu perfecto clerico:
ut poſtquàm uiſum fuerit, quis dicatur clericus
uideatur & ſecundò quæ & quot neceſſariò re-
requirantur in aliquo: ut non ſolũ uerus, ſed etiã
perfectus clericus dici poſſit, & meritò appella-
ri. Et primò uidebitur de illis, quæ neceſſariò re
quiruntur & attendi debent in eo, antequam or
dinetur. Quæ erunt decem & octo, uel circà. Se-
cundò, de illis quæ neceſſario habent ſimul cũ
illis interuenire, poſtquàm iam ordinatus fuerit.
Et hic uidebitur de totidem requiſitis, uel circà.
Habebit autẽ iſte maximè ſecundus liber mul-
tas & plurimas ſub ſe quæſtionum terminatio-
nes. Quæ omnes & ſingulæ, ut facilius haberi &
repereri poſſint: ſeparatim extrahuntur omnes,
& ſeriatim per uiam tabulę in calce deſcribunt.

## CAPVT I.

1 ☞ *Clerici qui ſint dicendi.*
2 *Clericorum gradus & nomina.*

AD primum igitur deueniendo, qui
1 dicãtur clerici: breuiter dicendũ, †
quòd illi dicunt ſeu appellari poſ-
ſunt clerici, qui ordinem aliquem
clericalem habent: ut ſunt omnes
illi nouem, qui nominantur in. §.
Cleros. uerſic. Generaliter. xxj. Diſtinc. ubi tex.
Generaliter clerici nuncupantur omnes, qui in
2 eccleſia Chriſti deſeruiũt. † Quorum gradus &



nomina ſunt hæc. Hoſtiarius, Pſalmiſta, Le-
ctor, Exorciſta, Accolytus, Subdiaconus, Dia-
conus, Presbyter, Epiſcopus. Ita habet ibi tex.
ad literam, qui eſt Iſidori in lib. Ethymologia-
rũ. Pro cuius declaratione uidenda ſunt aliqua.

## CAPVT II.

☞ *Clericorum ordines quot enumerentur.* 1
*Corona in prima tonſura recipitur.* 2
*Tonſura ordinum ianua & principium.* 3
*Epiſcopatus an ſit ordo.* 4
*Pſalmiſtatus utrum ſit ordo.* 5
*Charecteris ſpiritualis effectus.* 6

PRimum dubiũ: An † ordines clericales ſeu 1
eccleſiaſtici ſint nouẽ, prout expreſſè uide-
tur uelle tex. ille: an uerò ſeptem tantum, ſe
cundum quòd aliqui & multi tenent, maximè
theologi. De hoc enim eſt dubium non paruum
inter Canoniſtas ex una parte, & theologos ex
altera. Nam Canoniſtæ communiter tenent, ꝙ
nouem ſint: ad inſtar & ſimilitudinem eccleſiæ
triumphantis. In qua nouem ſunt angelorum or
dines deſignati ſub nouem generibus lapidum
precioſorum. ut dicit Gregor. de pœni. diſt. ij. c.
quid ergo. Theologi uerò ꝙ ſeptẽ tantum: pro-
pter ſeptiformem ſpiritus ſancti gratiam: cuius
munere ſua officia proſequuntur. Ita tenet Ma-
giſter Sentẽ, in iiij. diſ. xxiiij. c. j. Et ratio differen
tiæ inter ipſos: quia Canoniſtę ponunt, ꝙ Pſal-
miſtatus, & ſic prima tonſura, ſit ordo: ac etiam
Epiſcopatus. Quorum utrunq; negãt theologi:
ſed ꝙ Pſalmiſtatus ſit ordo, allegãt Canoniſtæ
ſua iura canonica, quæ enumerant Pſalmiſtam

Universidad de Deusto Biblioteca

ſnter alios ordinatos:ut eſt tex.in.d.§.cleros,&
in.c.cum contingat,de æta.& quali.& in.c.non
oportet.xxxiiij.diſ.& in.c.clericus.lxxij. diſ.&
in.c.cũ inter uos,de re iudi.Item probant ratio-
2 ne:†quia in prima tonſura recipit corona : quæ
corona ſacramẽtalem habet ſignificationẽ. xij.
q.j.duo ſunt.& ſic in prima tonſura offert ſacra
mentum,quod deſignatur ſub nomine Pſalmi-
ſtatus. Pro Epiſcopatu uerò quòd ſit ordo: al
legatur tex.in.c.quoties,de pur.cano.&.lxxiiij.
diſ.c.epiſcopus,cum ſeq.& in.c.omnes pſallen-
tes.xxviij.diſt.Theologi uerò nolunt aſſentire,
quòd Pſalmiſtatus ſit ordo: ſed officiũ ordinis,
uidelicet Lectoratui annexum.& multominus
prima tonſura:quam dicunt ipſi non ordinẽ,ſed
diſpoſitionem ad ordines:& allegãt ipſi Theo-
logi rationem. Cum ibi ſit tantum ſignũ quod-
dam uiſibile extrinſecum cum forma uerborũ,
ex quo denotari habeat quædam electio in ſor-
tem:quæ præcedit ordines,& ſic eſt quoddã pręe
ambulum potius ſecundum eos, & potius con-
gruitatis,quàm neceſſitatis.Sed Canoniſtæ cõ-
trarium tenentes dicunt, quòd imò eſt neceſſi-
tatis:& adeò neceſſitatis,quòd ſi omittatur,re-
3 peti debet neceſſariò,† cum ſit principium alio
rum ordinum:ut patet in dicto.§.cleros,& pro-
batur per Hoſti.in dicto.c.cũ contingat,& Ar-
chi.in.c.pſalmiſta,& ibi Dñi.xxiij.diſ. Alle-
gãt ſecũdo quia ordo ꝓpriè eſt ille, per quẽ dat
ſpiritualis poteſtas : non illud quod deputatur
ad aliquod conſortiũ. Quod ultimũ ſit per pri-
mam tonſurã.Sed ad hanc rationẽ reſpõdet Do
mini.in proe.vj.in uerbo ẽps,ubi de hoc per eũ.
Allegant.ij. theologi contra nos ipſamet iu-
ra noſtra.Quæ cum faciunt mentionẽ de ordini
bus,nõ faciunt mentionẽ de iſtis duobus:ſed de
alijs ſeptẽ tantũ:ut.xxxij.diſ.c.ſeriati,&.lxxvij.



di.c.illđ',&.xciij.di.c.à ſubdiacono.Sed ad hoc
ſtat rñſio:ꝙ nõ ualet argumẽtũ iſtud,nõ enume
rant, ergo &c.Patet: quia ibi nõ enumerat etiã
inter alios Hoſtiarius:& tñ nemo dubitat,quin
Hoſtiarius ſit ordo. De† Ep̃atu uerò quod nõ 4
ſit ordo: ſed nomẽ dignitatis ordinẽ pręſuppo-
nẽs:allegãt Theologi cũ ſit officiũ potius quod
dam ad ordines:cum omnis ordo propriè ſumẽ
do ordinetur ad ſacramentum Euchariſtiæ.Epi
ſcopus autẽ non habet ſuperiorem poteſtatem
à ſacerdote:ut nituntur ipſi oſtendere. Sed Ca-
noniſtę reſpondent quòd imò eſt inter ordines:
quia non omnes etiam illi ſeptem,quos illi con
fitentur ordines eccleſiaſticos,habent certũ my
ſterium circa confectionem Euchariſtiæ:patet
in Hoſtiario:qui habet cuſtodire portas eccle-
ſiæ:& Exorciſta:qui habet abiurare & alia face
re: de quibus in. d. §. cleros. Ego uerò hanc
quæſtionẽ pro nunc aliter non examino.ſed re-
mitto me ad notata per Ioan.And. & ibi ſcribẽ
tes in prooemio Sexti in gl. in uerbo epiſcopus,
ubi tenet partem Canoniſtarũ: & ad notata in
c.cũ cõtingat.de ætate & quali. & ibi omnino
per do.Anto.de Bu.& per eũdem,& ibi etiã per
do. Abba. Sicul.in.c. ex literis,de exceſ. præla.
& ad notata in.d.cle. in pleriſq;: & plene per
Dominic.in.d.§. cleros. xxj. diſtin. ubi firmat
opinio.Canoniſtarũ : † tenẽdo firmiter de Pſal 5
miſta quòd ſit ordo:& allegat Archi.hoc tene-
re.xxiij.diſt.c.pſalmiſta.& dicit optime ꝓbari
xj.q.j.c.ſi quis epiſcopus. ubi pſalmiſta ꝓpter
delictũ deponitur ab ordine,ſicut alij. De epi
ſcopatu uerò an ſit ordo, nititur reducere opi-
niones ad cõcordiam, ut diſtinguatur:quia aut
quæritur an ſit ordo,ita ut per eũ cõferatur cha
racter nouus:& dicendũ eſt quòd nõ. Aut quæ-
ritur quò ad effectum,ut per eũ uirtus characte-

Universidad de Deusto Biblioteca

ris preſbyteralis amplietur: & dicēdū eſt quòd
ſic. Et erit effectus. quia ſicut per† characterem
ſpirituale̅ datur poteſtas circa confectione̅ cor=
poris Chriſti & aliorū ſacramentorum. Ita per
conſecratione̅ epiſcopi datur ſibi poteſtas cha=
racteris quātū ad ordines cōferendos, cōfirma=
tionem uidelicet, & alia ſacramēta & hoc reſpe
ctu pōt dici ordo: Et iſtā concluſione̅ dicit ſumi
etiā ex uerbis Ioā. And. in procemio Sexti, & ex
uerbis Anto. de Butri. in. d. cle. ī pleriſq;, de quo
plenius ibi per eū, & in præallegato procemio
vj. in glo. in uerbo epiſcopus, ubi latius Hoſtie̅.
ꝓſequit̄ de Epiſcopatu. Ponitur etiā per beatū
Thomam in. iiij. diſtin. xxiiij. & ibi per ſcriben
tes, maxime Richar. in. j. quæſt. principali, ubi
de prima tonſura, & in. §. quæſt. principali,
ubi de epiſcopatu & in Summa confeſ. in titu.
de æta. & qua. ordi. quæſt. ij. & iij. & in Summa
Piſana in uerb. ordo, & per Antoniū archiepi.
Flo. in Summa ſua in. iij. parte, titu. vij. cap. xvj.
ubi tenet cū opinione Theo. & ibi ponit ratio=
nem, quare ſi ſic eſt, ꝙ epiſcopatus & ſacerdo=
tium ſint unus ordo: quomodo eſt, quòd non
poſſint conferri una die ambo: ſicut cæteri ordi
nes: ut ibi per eum.

## CAPVT III.

1 ☞ *Ordinum cur tantum quatuor dicantur ſacri.*
2 *Ordo ſacer appellatur à ſanctimonia.*

1 DE ratione uero † quare dictorū ordinum
nouem quidam tantum dicuntur ſa=
cri: uidelicet quatuor ultimi, de quibus
in. d. §. cleros, cū tame̅ quilibet ordo appellari
poſſit & debeat ſacer: quaſi ſacrū ſignaculū, in
quo traditur poteſtas ſpiritualis; ut notat glo.



xxxij. diſt. in ſumma: quæ ad hoc allegat Magi=
ſtrū Sen. Videatur omnino glo. illa ꝓ ratione:
quæ dicit hæc uerba, ꝙ quilibet ordo ſacer eſt:
ſed quatuor pręcipuè appellātur† ſacri, à ſancti= 2
monia: hoc eſt à caſtitate, & continentia quam
requirunt. Hinc eſt, ꝙ in materia larga, appella=
tione ſacrorū ordinum ueniunt etiā quatuor mi
nores: ut eſt glo. notabilis in. c. j. in uerb. clericū.
de tempo. ordi. In ſtricta uerò non. Ita intelliga
tur tex. in. d. §. ſi uerò. xxxij. diſt.

## CAPVT IIII.

☞ *Ordines minores cur dicti quatuor cum ſint quinq;.* 1
*Pſalmiſta à lectore in quo differat.* 2

ET item de ratione† quare minores ordines 1
nō dicūtur potius qnq; & nō quatuor, cū
pſalmiſtatus ſit ordo, ut ſupra concluſum
eſt: eſt enim ſecūdus in numero, & ſic eo cōputa
to neceſſe uideatur eos eſſe quinq;. Cogitādum
eſſet ſuper ea: quia dubiū iſtud nō reperio tactū
per aliū: ſed poſſet fortè reddi ratio, dicendo: ꝙ
ideo ſit, quia eſt ordo quodāmodo annexus Le=
ctoratui: & ſic quodāmodo unus ſimul cum eo,
licet non per omnia: quia ſi per omnia, non face
ret gradum de per ſe. † Non enim in alio differt 2
Pſalmiſta à Lectore: niſi quia iſte legit cantan=
do. Ille uerò quidem legit, ſed non cantando: ut
probatur in. c. pſalmiſta. xxiij. diſtin. ubi expo=
nitur Pſalmiſta, id eſt cantor. & ad idem tex. in
dicto. §. cleros. in uerb. Pſalmiſta. ubi de Succe̅
tore, Pręcentore & Concentore in quo differāt
ad inuicem: quia Præcentor dicitur, qui uocem
pręmittit in cantu. Succentor, qui ſubſequenter
canendo reſpondet. Concentor autem, qui con
ſonat.

Universidad de Deusto Biblioteca

## CAPVT V.

1 ☞ *Tonſuram primam habentes nunquid ueniant cleri-*
*corum appellatione.*
*Pſalmiſta an dicendus clericus.*
2 *Tonſuram primam habentes utrum gaudeant priuile-*
*gijs clericorum.*
3 *Clericus quo habitu gaudeat priuilegio clericali,*
*quo non.*
*Clericis ut perdãt ſua priuilegia quæ requirantur.*
4 *Cautela, ut clerici perdant ſua priuilegia.*

SEcundum dubiũ quod oritur circa hoc, qui
1 dicãtur clerici, eſt de habẽtibus primã tõſu-
ram tantum: † an ueniant ipſi ſub appella-
tione clericorũ. Ad quod dicendũ ꝙ ſic, & hoc
indubitãter per tex. illum in dicto. §. cleros, in
uer. pſalmiſta: attento ꝙ per primam tonſuram
efficitur quis pſalmiſta. Pſalmiſta autem dici-
tur clericus: ut ibi. Ad idẽ tex. & melior in. c. cũ
cõtingat, de æta. & quali. in fi. ibi, cũ per primã
tonſurã iuxta formã eccleſię datã clericalis or-
do cõferatur. Ad idẽ tex. in. c. perlectis. xxv. diſ.
in uerſ. ad pſalmiſtã, cum alijs iuribus allegatis
ſupra proxi. q. in prin. ad probationẽ ꝙ pſalmi-
ſtatus ſit ordo: quod dictũ eſt bene notandum.
Ex hoc enim ſequitur, ꝙ non ſolum inſtituti in
quatuor minoribus: qui ſunt hoſtiarius, lector,
2 exorciſta, & accolytus. † Sed habẽtes primã tõ-
ſuram tantum, & ſic pſalmiſtatũ tãtum gaudẽt
priuilegijs attributis ordini clericali tanq; cleri
ci: qui ergo percuteret, uel aliter manus inijce-
ret in eos, excõicatus eſſet excõicatione Papa-
li, iuxta. c. ſi qs ſuadẽte. xvij. q. iiij. Nec poſſunt
cõueniri inuiti in foro ſeculari imò nec uolẽtes,



iuxta. c. ſi diligẽti, de foro cõpe. Ita expreſſè no-
tat glo. in. d. §. cleros. uerb. generaliter. & D.
Anto. poſt alios ſcribẽtes in. c. cũ non ab homi
ne. de iudi. & eſt cõis cõcluſio. Quã amplio ue-
ram eſſe, etiã ſi tales nõ incederẽt in habitu neq;
tõſura: ut cõiter uidemus iſtos tales non incede
re. Dummodo non ſint de illis, de quibus in. c. j.
de uita & hone. cleri. lib. Sexto, & in cle. j. eo. ti.
† Quia ſint aut ioculatores, aut buffones, aut 3
macellatores, uel tabernarij: pręmoniti, ut ibi.
Vel illi de quibus in. c. cõtingit, el. ij. de ſen. ex-
cõ. Vel de quibus in. c. perpẽdimus. de ſen. excõ.
Vel de quibus in. c. cũ contingit. eo. titu. Vel de
quibus in. c. nouimus. de uerb. ſigni. & in. c. ad
abolẽdã. de hære. Vt quia degradati actualiter
propter delictũ cõmiſſum traditi fuiſſent curiæ
ſeculari. Vt enim perdãt illa priuilegia cõceſſa
ordini clericali, requiritur degradatio: & ꝙ re-
gulariter extra illos caſus requiratur degrada-
tio etiã in illis ſic cõſtitutis in minoribus tantũ
eſt tex. melior in hoc de iure in. d. c. cũ nõ ab ho-
mine, in uer. quocunq; ordine. Licet domi. An-
to. in. c. clerici. el. j. de uita & honeſta. cleri. per
tex. illũ teneat non neceſſariam in illis: ſed ma-
lè, per tex. illũ, aliũ in. d. c. cum nõ ab homine,
ſecũdum moder. Abba. & Ioan. de ligna. ibi &
per tex. in. c. ſi quis epiſcopus. xxvij. q. j. Ad tex.
illum in. c. clerici, quẽ per ſe allegat in uer. ſine
gradu, dicentes ſupplere debere: ſcilicet ſacro.
† Eſſet tamẽ dare cautelã notabilẽ ad faciendũ
eos perdere priuilegiũ: qui ſic nõ portant habi- 4
tum, uel tonſurã. De qua per Abba. & doc. in. c.
tuæ, de apoſta. uidelicet ut moneãtur aſſumere
habitũ, cũ cõminatione ꝙ aliàs carebũt priuile
gio clericali: & de qua infra etiã in ſecũda parte
operis: in ſcd'a particula illius ſcd'ę in prio req
ſito. Et hęc de clericis in minoribus: uel habẽti-

Universidad de Deusto Biblioteca



bus primam tonſuram tantum non coniugatis.

## CAPVT VI.

1 *☞ Clerici primæ tonſuræ poſſunt uxorem ducere.*
2 *Clerici primæ tonſuræ uxorati an retineāt nomen clericorum & gaudeant eorum priuilegijs.*
*Clericus coniugatus uicarius epiſcopi eſſe non poteſt.*
3 *Clericus coniugatus an poßit eſſe ſcholarum rector.*
4 *Matrimonium uerum nunquid ſit inter deſponſatos de præſenti, & cauſet beneficij amißionem.*

QVid autem de clericis cōiugatis, qui ſci
licet in minoribus cōſtituti, uel habētes
1 primā tonſurā accipiūt uxorē, † quod li
citè poſſunt. c. j. &. ij. de cleri. cōiuga. an retineāt
ipſi nomē clericorū. Hoc eſt aliud dubiū & ter-
tium. Circa quod dicendū eſt, ꝙ ſic: quātum ad
nomen ipſum, propter characterem ordinis im-
preſſum & indelebilem. Licet Ioan. de Ligna.
in c. Ioannes. eod. titu. dicat, eos poſſe appellari
mixtos, ſcilicet clericos & laicos ſimul. Quan-
tum uerò ad effectū, ut gaudeāt priuilegijs attri
butis ordini clericali, tenendū eſt ꝙ nō, niſi quo
ad duo tantum: uidelicet quo ad priuilegiū ca-
nonis, ſi quis ſuadēte diabolo. xvij. q. iiij. ut nō
poſſint in eos manus inici uiolenter, & priuile-
gium fori, ut nō poſſint trahi ad iudiciū ſecula-
2 re pro criminibus etiā ciuiliter intentatis: † imò
nec retinent priuilegia etiā quo ad iſta duo, niſi
incedāt in habitu & tonſura, & cum hoc etiam
ꝙ doceatur ſe cōtraxiſſe cum unica: & uirgine:
ſecundū quod habetur in. c. illico. de cleri. cōiu,
lib. vj. Et notāt dñi de Ro. deciſio. ccij. Hinc eſt
ꝙ talis clericus cōiugatus non poteſt eſſe uica-



rius epiſcopi. c. in noua. xvj. q. vij. Et notatur in
d. c. Ioannes. in. v. q. per Ioan. & per docto. in
c. decernimus. de iudi. Vnde tali nō poſſet com-
mitti cauſa aliqua criminalis clericorū etiā ab
epiſcopo: ut ibi cōiter concluditur in. d. c. decer
nimus, etiā ipſo clerico cōſentiēte: quia hoc ſur
git ex incapacitate ipſius cōiugati, qui nō dif-
fert à laico niſi in duobus illis: & hoc introdu-
ctū fuit in fauorē ordinis: ergo tolli nō pōt etiā
de cōſenſu eius. c. ſignificaſti, &. c. ſi diligēti, de
foro cōpe. † Nō etiā rector ſcholarū fieri poteſt: 3
quia cum habeat ipſe iudicare clericos ex offi-
cio, & ipſe non ſit clericus, niſi quoad illa duo,
meritò non poteſt. Et quid de clerico cōiuga-
to per uerba de præſenti nondū cōſummato ma
trimonio, nūquid generaliter perdat priuilegiū
omne clericale: ac ſi cōſumaſſet illud? de hoc in
d. c. j. per Pe. de Ancha. in. vj. notabili, ubi dicit,
ꝙ ſic, ſub dubio tamē fortè: dicendo ſe aliàs ha-
buiſſe de facto Venetijs. Et faciūt omnia illa iu
ra, quæ ſolent allegari, pro illa parte, † ꝙ inter 4
deſponſatos per uerba de præſenti ſit matrimo-
nium uerum: de quibus per Moder. in Rubrica
de ſpon. &. xxvij. q. ij. per totū: & ꝙ in ſimili di-
citur de clerico beneficiato: qui eo ipſo ꝙ deſpō
ſat per uerba de pręſenti, perdit beneficium ipſo
iure: ut nota. in. c. j. de cleri. cōiuga. & in. c. ſanè.
& in. c. Ioannes. eod. titu. & in clemen. & ſi prin
cipalis. de reſcrip.

## CAPVT VII.

*☞ Epiſcopus clericorum appellatione utrum ueniat.* 1
*Canonici num includantur clericorum appellatione.* 2
*Cardinales appellatione clericorum utrum ueniant.* 3
*Loquendi uſus qui iam inualuit obſeruandus.* 4

Universidad de Deusto
Biblioteca



1 POteſt etiã hic dubitari & quarto. † Quid
de epiſcopis & alijs, qui ultra clericalẽ or-
dinem aliã etiã habẽt qualitatẽ maiorẽ: an
uenire debeãt ipſi appellatione clericorũ: uide-
tur enim ꝙ ſic, per tex. in. d. uerb. generaliter, in
uer. epiſcopis. In cõtrarium tex. in. c. quàm peri
culoſum. de ſen. excõ. lib. Sexto, & in. c. ſtatutũ.
de elec. eo. lib. cũ his quę per Ioan. ibi, & quod
per moder. in rubrica de uita & hone. cleri. qui
tandẽ uidẽtur cõcludere, ꝙ ſic in fauorabili ma-
teria & ſic extẽſiua: ut ꝓbatur in. c. per exẽptio-
nem, de priuile. lib. Sexto, & in. c. cũ tibi, de uer-
bo. ſigni. & per tex. cũ glo. in. c. nõ liceat, de præ
bẽ. ubi glo. hoc tenet: & allegat bona iura. Non
autẽ in materia odioſa, & ſic ſtricta, & hoc per
nota. ibi per docto. & per do. Abba. melius q̃
2 alibi in. c. j. de poſtu. præla. † ubi plenè diſputat
de canonicis: an & quando ueniant ipſi apella-
tione clericorũ: & pro hoc ꝙ nõ ueniant in ma-
teria huiuſmodi ſtricta tales maiores, maxime
conſtituti in dignitate. Allegat inter alia. c. ſe-
des, de reſcrip. cũ ibi notatis per Inno. & in. d. c.
quàm periculoſum: & facit ratio regulæ odia,
de regu. iur. lib. Sexto, per quæ iura poteſt dici,
ꝙ hæc ſit cõis. Conſiderandum tamen ultra ſcri
bentes: ſi fortè poſſet limitari & reſtringi prędi-
cta cõcluſio, niſi eadẽ oĩno ratio rigoroſitatis,
uel odioſitatis militaret in uno quæ in alio: &
odiũ eſſet rationabile: ut tũc uenire etiã debeãt
in dignitate conſtituti, niſi in caſibus à iure ex-
preſſis: ut eſt ille, de quo in. c. q̃ periculoſum, de
ſen. excom. lib. Sexto. In caſu uidelicet excõica
tionis, ſuſpẽſionis, uel interdicti: ut nõ incurran
tur ab epiſcopis: uel eorum ſuperioribus Archi
epiſcopis, Primatibus & Patriarchis, niſi expri
mantur per rationem ſpecialem: de qua ibi in
tex. & pro hoc quia negari non poteſt quin ſint
clerici



clerici & ipſi, attenta etymologia uocabuli &
deſcriptione clericorum: de qua ſupra, & quia
in ordine ſacro ut plurimi: & ex altera parte:
quia etiam apud Deum non eſt acceptio perſo-
narũ: & ita punitur magnus, ſicut paruus. c. no-
uit, de iudi. & plærunqꝫ etiam in plus: quaſi gra
uius delinquat ipſe propter altitudinem digni-
tatis: iuxta. c. homo Chriſtianus. xl. diſt. adeò ꝙ
† fortè poſſet attentari ꝙ Cardinales ſimplices 3
qui non eſſent epiſcopi, archiepiſcopi, & cæte-
ra, ut ſuprà, uenirent ſub appellatione clericorũ
in tali materia: ex quo non excepti ipſi. Et pro
hoc tex. multum notabilis & ſingularis ad pro-
poſitum in. c. ij. coniuncta rubrica de cleri. non
reſi. & quod ibi per Moder. & quod per Io. Cal.
in. c. in noſtra, de reſcrip. Et ulterius conſideran
dum, quia materia quam ſupra dixi conſideran
dam, poſſet eſſe talis, ꝙ non comprehenderẽtur
nedum illi conſtituti in dignitate, imò nec etiã
conſtituti in ſimplici ſacerdotio: & ſic ſacerdo-
tes, ſed ſolum conſtituti in minoribus propter
ſubiectam conuenientem in eis materiam: ita ꝙ
non alijs; & pro hoc quia ultra hoc ꝙ differunt
nomine: quia illi uocantur clerici: & iſti ſacer-
dotes; † & hoc etiam ſecundum cummunẽ uſum 4
loquendi qui attendi debet plurimũ iuxta uul-
gatam. l. cum delanionis. §. aſinam. ff. de fun. in-
ſtruc. cum ſimil. Iura etiam facientia mentionẽ
de iſtis ſimul, ponunt eos tanquàm diuerſas per
ſonas. Patet hoc. in. c. ij. de foro compe. & in. c.
cum contingat, de æta. & quali. &. ij. q. j. c. cleri-
cus exorciſtã. xxxij. diſ. ſeriatim. xxxiiij. diſ. pla-
cuit, & pro quo ſolitus ſum allegare bonã gloſ.
ad propoſitum in. c. literas, de filijs presby. quæ
apertè uult, quòd appellatione clericorũ in ma-
teria ſtricta ueniant ſolum conſtituti in minori-
bus: & ideo dicit ſingulariter, quòd ſi diſpenſa-

Universidad de Deusto Biblioteca



ri contingat cum illegitimo, ut poſſit effici cle-
ricus : intelligitur ut ad minores tantum poſſit
promoueri. Et hæc ſunt bene notanda.

## CAPVT VIII.

1 ☞ *Conuerſi, Deo deuoti, monachi ſimplices & eremi-*
*tæ appellatione clericorum an comprehendantur.*
2 *Priuilegijs clericorum qui gaudere debẽt.*
3 *Milites Hieroſolymitani ſancti Ioannis an poßint tenere*
*beneficium ſine cura, & an appellatione religioſorum*
*ueniant.*

VTrum autem conuerſi, deo deuoti, mona
chi ſimplices: & heremitæ ueniãt ipſi ap-
1 pellatione clericorum, † ex præmiſſis ui-
detur quòd non: cum in nullo gradu eccleſiaſti-
co ex prædictis nouem reperiãtur ipſi eſſe. Item
per iura quæ in pluribus locis ponũt iſtos ut di-
uerſos à clericis ut in.c.duo ſunt genera. xij.q.j.
& in.c.non dubium, de ſentẽ.excom. & in.c. per
exemptionem, de priuileg.lib.vj. In contrarium
uidentur facere iura, quæ probant, quòd tales
poſſint dici perſonæ eccleſiaſticę, tanquàm quę
uocatæ ſint in ſortẽ domini, ſicut clerici : ut eſt
tex.cum gloſ.in dicto.c.duo ſunt genera, & cla-
rior glo.in.c.non dubium, de ſenten.excom. Per
quod aliqui tenent quòd gaudeant priuilegijs
2 clericalibus ſicut clerici. Ego † quo ad hunc ef-
fectum, an gaudeant priuilegijs huiuſmodi pu-
tarem attendẽdum: an ſint tales, qui ex toto deo
deditiſint & tranſlati: ut quia tradiderint ſe &
ſua renunciando proprijs, uel ſunt tonſurati &
habitũ mutauerunt, & gaudeant: ſic intelligen-
do dictas glo. quæ uidentur hoc uelle & Doc. in



dicto.c.ij. Aut non ſunt ex toto Deo dediti : uel
tranſlati ut ſupra, & tunc ſecus. Et de conuer-
ſis huiuſmodi ſimplicibus an poſſint habere be
neficium eccleſiaſticum recurrendum ad nota.
in.c.quamuis, de deci.ubi quòd ſic: ſi ſit benefi-
cium ſine cura: † & ubi idem dicitur de militi- 3
bus Hieroſolymitanis ſancti Ioãnis: de quibus
per Domi.in.c.ij.de rebus eccleſ. non alie.in.vj.
& per Doct.in rubrica de regula. Et an ueniant
tales appellatione religioſorum. de hoc eſt bo-
nus tex.in.c.cum & plantare, de priuileg. ubi ꝙ
non: niſi ſint ex toto tranſlati quo ad ſe : & bo-
na, ut ſupra.

## CAPVT IX.

☞ *Religioſi an cadant ſub clericorum nuncupatione* 1
*maximè in materia ſtricta.*
*Nouicij non profeßi an clericorum priuilegijs gaudere* 2
*debeant.*
*Clerici religioſorum appellatione an ueniant.* 3

DE religioſis uerò ĩ genere. † an ueniãt ipſi 1
appellatione clericorũ: maximè in mate
ria ſtricta: ut q̃a emanaret cõſtitutio Pa-
palis, ꝙ omnes clerici talis dioceſis teneant fa-
re ſic uel ſic. Recurrendũ ad nota.in.c. religioſo
de ſentẽ. exc. in.vj. & ad nota. pulchrè. ꝑ do. Ab
ba.in.c.j.de iur.cal.in ulti.notabili.ubi conclu-
dit ꝙ ſic, ꝑ illũ tex.inducendo ut ꝑ ipſum ibi. li-
cet Butrius ibi aliter uelit. Adducit etiã rationẽ
illã, quam ſuprà dixi in conuerſis & monachis:
& hoc maximè dicit pro eodẽ in religioſis qui
ſunt clerici limitat tamen & reſtringit hoc in fa
uorabilibus : ſed in odioſis attento quòd habẽt
aliam qualitatem à clericis ſecularibus ar. dicto

Universidad de Deusto Biblioteca



2 c.ſtatutum,de elec.lib.vj. Et quid de† nouitijs
non profeſſis, an iſti ante annum profeſſionis
gaudeant priuilegio clericorum & religioſorũ.
De hoc bonus tex.& ibi Domi.in dicto. c. reli-
gioſo,de ſenten,excom.in.vj. Et quid econtra
an appellatione religioſorum ueniant aliquo
3 modo ipſi clerici ſeculares. † De hoc ſunt gloſſ.
contrariæ uidelicet gloſ.in clemen.j. de deci. quod
non.& idem glo.in cle.una de ſupplen. ne. præ.
Dato quòd etiam eſſet eadem ratio. Contrariũ
gloſ.in clemen.j.de reſcrip. in uerbo præſiden-
tes.Sed pro concordia illarum uideatur domi-
nus Abbas in dicta clemen.j. & omnino idem
Abb.in.c.j.de poſtu.prælatorum.

## CAPVT X.

1 ☞*Clericus unde deriuetur.*
2 *Clerici in ueteri teſtamento quomodo electi.*

EX præmiſſis ergo patet qui dicantur cleri-
ci:& qui ueniant ſub appellatione clerico
1 rum. † Vnde autem poſſit dici deriuatum
κληρός. hoc nomen Clericus: dicendum quòd eſt uer-
bum à Græco deriuatum, quia à cleros Græ-
cè, quod Latinè ſorte datus & electus ſonat:
quaſi de ſorte domini factus: uel quia domi-
nus ſors,id eſt,pars illius eſt,uel ipſe pars domi-
ni eſt. Ita dicitur in.c.clericus qui Chriſti.xij.q.
j.uel ideo ſic,ut dicitur ea.cauſa,&.q.duo ſunt,
2 quia ſorte electi.† In ueteri nanque teſtamento
& apud Gentiles clerici & ſacerdotes ſorte ex
libris eligebantur. Et in nouo Mathias electus
eſt ſorte,ut dicit tex.in dicto.§. cleros. xxj. diſt.
Et ibi ponitur de nominibus clericorum, quæ
ſunt nouem ut ſupra, unde ſingula ſint dicta ſeu
deriuata.



## CAPVT XI.

☞*Preſbyter unde exordium ſumat, & quæ dignitas.* 1

ET inter alia de Presbytero,quomodo uer- πρεσβύτερος
bum Grçcum eſt, quod Latinè ſenior inter
pretatur, non tam pro ætate ut ibi dicitur,
quàm etiam pro honore & dignitate, quam ac-
cipere dicitur ex ordine.† Eſt enim nomẽ digni- 1
tatis Presbyter: ut ibi ſubditur in uerbo ſacer-
dos. Cum enim noningentis & eo amplius an-
nis ab Adam uſque ad Abraham uixiſſe homines
legamus: nullus tamen primus appellatus eſt
Presbyter, id eſt, ſenior niſi Abraham: qui
multò paucioribus annis uixiſſe conuincitur.
Non ergo propter decrepitam ætatem:ſed pro-
pter ſapientiam Presbyteri nominantur. Hinc
eſt,quòd illi duo iudices,qui falſò iudicarũt Su-
ſannam Presbyteri uocati ſunt. Vel ſecundum
Rationale diui.offic. poteſt dici, quòd dicatur
presbyter:quaſi præbens alijs beatum iter:quia
de exilio mundi ad cœleſtem patriã iter ſe oſten
dunt facere:dum poſt miſſam conuertẽdo ſe ad
populum dicunt illa uerba Ite miſſa eſt.Quia ſi
cut rex à regendo, ita ſacerdos à ſacrificando.

## CAPVT XII.

☞*Sacerdotalis nominis etymologia.* 1
*Franciæ reges in expeditione belli quid geſtare ſoliti.* 2
*Capellani unde dicti,item & capella.* 3

ET ibi etiam de ſacerdote† quomodo com- 1
ponitur ex Græco & Latino quaſi ſacra
dans.Sacerdos etiam dicitur iuſtitiæ cul-
tor: iuxta illud cuius meritò quis nos ſacerdo-
tes appellat,l.j.ff.de iuſti,& iur. In plæriſque etiã

Universidad de Deusto Biblioteca

2 locis ſacerdotes appellantur capellani. † Nam
antiquitus reges Frãciæ ad bella procedẽtes ca-
pã beati Martini ſecum portabãt, quæ ſub quo-
dam tentorio ſeruabatur, quod ab ipſa capa di-
ctum eſt capella, & clerici in quorum cuſtodia
ipſa capella erat, inde capellani dicebantur: &
conſequenter ab illis ad cunctos ſacerdotes no-
men illud in quibuſdam regionibus transfuſum
3 eſt. † Sunt etiam qui dicunt, quòd antiquitus in
expeditionibus in tentorijs fiebant domũculæ:
de pellibus caprarum deſuper tectæ, in quibus
miſſæ celebrabãtur: & inde capellæ nomen tra-
ctum eſſe. Et ne uideantur hęc ex me dicta & in-
uenta, Allego Gulielmũ in pręallegato Ratio-
nali diui. offic. Ita ad literam hæc dicentem in li
bro ſecundo, ſub titu. de ſacerdote.

## CAPVT XIII.

1 ☞ *Epiſcopus unde nomen trahat.*
2 *Epiſcopus quibus nominibus dotetur.*
*Antiſtites quare ſic dictus.*
3 *Epiſcoporum ordo quadripertitus.*
4 *Patriarchæ quatuor principales, & unde.*
*Archiepiſcopus & Metropolitanus idem.*
5 *Metropolitanus unde dicatur.*

POnitur etiam in dicto. §. cleros de epiſco-
1 po. † quomodo uerbum ſimiliter Græcum
eſt, à ſcopos dictum, quod Latinè interpre
ἐπίσκοπος. tatur ſuperintendens: quaſi præpoſitus in eccle
ſia ad ſpeculandum mores & uitam ſubditorũ
ſibi: & ad idem tex. in. c. qui Epiſcopatum. viij.
q. j. ut intelligat ſe non eſſe Epiſcopum, qui Epi
ſcopari uoluit, non ut proſit ſed ut præſit; dicit



ibi tex. ille notabilis. † Dicit etiã Epiſcopus Prę 2
ſul. c. quod translationẽ, de tẽp. ordi. quoniã cõ-
ſilio præeſt. Dicit etiã Antiſtes: quaſi ante alios
ſtans, uel ab anti quod eſt contrà: quoniã hæreti Ἀντὶ.
cis cõtradicit, ut lupis paſtor ſecundũ Spec. ubi
ſupra. De Archiepiſcopis uerò qui ſint: & ĩ quo
differãt ab epiſcopis: & de eorũ poteſtate: recur
rendũ ad tex. in. c. in eccleſijs, & in. c. ſeq. lxviij.
di. & ibi qũo hodie prohibiti & ſublati ſunt: &
ratio quare. † Ponit etiã in. d. §. cleros qũo Epi- 3
ſcoporum quadripartitus eſt ordo uidelicet, in
Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropolitanis,
& Epiſcopis. Patriarcha enim ſeu Primas cũ
idem ſint: ut habet. xcix. diſt. c. prouinciæ. dicit
minor Papa: ſed maior Epiſcopo: & de Patriar
chis qualiter † quatuor ſunt principales. Conſtã 4
tinopolitanus, Antiochenus, Alexandrinus, &
Hieroſolymitanus. habet in. c. antiqua, de priui
le. Alij uerò quatuor de quibus. xxj. diſ. per totũ
propriori uocabulo Primates appellant. Et ibi
de eorũ priuilegijs: & in quibus iuriſdictio ſua
protendat. Archiepiſcopus uerò & Metropo
litanus ſimiliter ſunt ſinonyma: & dicit Archie
piſcopus ab archos quod eſt princeps, & epiſco Ἀρχός.
pus, quaſi princeps epiſcoporũ. † Metropolita- 5
nus uerò dicitur à menſura ciuitatum & nume-
ro. vj. q. iij. ſcitote: quia. x. uel. xj. ciuitates debet
ſub ſe habere: ut ibi & not. glo. in. d. §. cleros uer
bo Metropolitani. Non tamen ꝙ ſit neceſſe ꝙ
omnis archieps̃ habeat tot ſub ſe, ut ibi notat.

## CAPVT XIIII.

☞ *Pontifex cur à pontis factione deſcendat.* 1
*Imperatores Romani uocati pontifices.* 2
*Papa. D. N. cur ſic dictus.* 3

Universidad de Deusto Biblioteca



ET ibi etiam de pontifice in uerbo põtifex
1 ut inde ſit dictus† quaſi pontẽ faciens: ſup-
ple tu ad uiam ſalutis exemplo uitæ bonæ
& doctrinę bonę. Aliàs enim uitioſè deſidioſeq;
uiuẽdo pontem diceret facere ad uiam perditio
nis ſuę & aliorũ. Et ibi tex. notab. quomodo im
perium & pontificatus olim ſolebant eſſe in ea-
dem perſona. quia idẽ erat rex, & pontifex: †un-
2 de Romani imperatores pontifices appellaban
tur. Ad idem tex. cũ glo. in. c. de capitulis. x. diſ.
& ꝙ appellatione pontificis ueniat etiam epi-
ſcopus, niſi addat ſummus uel Romanus: quia
tunc ſolus Papa: gloſ. eſt de hoc in. c. j. de conſti.
3 lib. vj. in. ij. glo. De Papa uerò † quare ſic dictus
dicitur in Catolicone ꝙ ideo ſic, quaſi admira-
bilis, à Papè, quod eſt aduerbium admirandi:
ſeu interiectio admirationis: licet ſecundum a-
lios dictus ſit Papa, quaſi pater pauperum. Sed
hæc eſt potius etymologia eius, quàm deriua-
tio, ſecundum eum.

## CAPVT XV.

1 ☞ *Clerici inferioris ordinis unde nomen ſortiti, & de*
*eorum etymologia.*

ET generaliter de alijs inferioris ordinis cle
ricis unde dicantur: ponitur in præallega-
to Rationali diui. offici. dicitur enim† Le-
1 ctor à legendo: Pſalmiſta à pſalendo, id eſt, can-
tando. Exorciſta autẽ uerbũ Græcum eſt quod
ἐξορκιστής. Latinè ſignificat adiurans, inuocat enim ſuper
catecumenos. Item & ſuper eos, qui habent im-
mundum ſpiritum, ut egrediatur ab eis. Simili-
Διάκονος. ter & Diaconus uerbum Græcum eſt Latinè ſo
nans idẽ quod miniſter, ſiue aſſumptus, ſiue of-
ὑποδιάκο- ferens. Subdiaconus uerò grecè uocant ypodia-
νος.



coni: quia officijs & præceptis Leuitarũ ſubia-
cebant, & eis miniſtrabãt olim. Accolytus ſimi
liter uerbũ Græcũ eſt, quod idem eſt ꝙ cerofera
rius quaſi portãs cereos: ſeu accẽſor luminũ, ut
de his omnibus plenius ibi, & in. d. §. cleros, per
totum illũ. §. &. xxv. diſtin. perlectis, ubi etiam
ponitur in fine de Archidiacono, Archypreſby
tero, Primicerio, & Theſaurario.

## CAPVT XVI.

☞ *Clericorum inſtitutio à quo tempore.* 1
*Hoſtiarij in locum quorum ſint ſurrogati.* 2

A Quo autẽ primũ tempore cœperit cleri-
corũ inſtitutio † Dici põt ꝙ à ueteri te- 1
ſtamẽto principiũ ſumpſerit: & in nouo
poſtmodũ teſtamẽto plenius confirmata. Sum-
mi enim ſacerdotes atq; Leuitę per Moyſen in-
ſtituti: ut perpetuus eſſet cultus tabernaculi per
ſucceſſores eorũ à filijs Iſraël Exodi. xxvij. Da-
uid autẽ deinde miniſteria domus dei ampliãs
Ianitores inſtituit & cantores. Salomon uerò
exorciſtas adinuenit ut infra etiam dicitur ſub
rubrica de exorciſta. Quam adinuentionẽ eccle
ſia dei poſtmodum in nouo teſtamẽto imitata,
pro Ianitoribus † inſtituit illos, quos nos Ho- 2
ſtiarios appellamus. Pro cantoribus uero, Le-
ctores, ſeu Pſalmiſtas. Exorciſtas nomine anti-
quo & officio manente recepit pro filijs Aaron,
omnes infra ſummũ pontificẽ ſacerdotiũ admi-
niſtrantes conſecrati ſunt. Inter quos quædam
diſtinctio exorta eſt: ut alij appellati ſint ſimpli
ces ſacerdotes. Alij Archiepiſcopi: alij Epiſco-
pi: alij Archipreſbyteri: alij Metropolitani: alij
Primates: alij Patriarchę: alij Summi põtifices:

Universidad de Deusto Biblioteca



& cætera.ut de hoc latius habetur in Rationali
diui.offi. lib.ij.circa principiũ, & ſub titu: etiã
de ſacerdote.ubi ponitur etiã in ſpeciali de ori=
gine ſacerdotij, quomodo etiã ante legẽ ipſam
teſtamẽti ueteris poteſt dici fuiſſe.Quia à tẽpo=
re uſq; Melchiſedech, de quo legitur, ꝙ iuſtus
dei ſacerdos fuit:cui decimas ex omnibus ſpo=
lijs Abraham, tãquam ſacerdoti dei perſoluit.

## CAPVT XVII.

1 *Sacerdotes ab initio mundi.*
2 *Creatorem creatura ad recognoſcendum naturaliter inducitur.*
3 *Sacrificij & ſacerdotij interpolatio.*
4 *Chriſtus in ordine miniſterij delectum habuit.*
*Epiſcopi Apoſtolis ſubſtituti.*
5 *Apoſtoli qualiter in locis miniſteria diſpenſabant.*
6 *Petrus Apoſtolus quomodo diſponebat eccleſiæ ordinẽ.*
7 *Archiflamines qui.*

1 QVinimò uidetur poſſe dici† ꝙ ſacerdo=
tes ſemper fuerint etiã ab ipſo initio mũ
di,ex quo hoies eſſe cœperũt:quia ſem=
per fuerunt,qui ſacrificium deo ſummo obtule=
rint:patet in Abel primi parẽtis filio:de quo le=
gitur Geneſis.iiij.ꝙ obtulit dño munera de pri=
mogenitis gregis ſui:etiã de apibus eorum.Oĩs
2 eñ creatura naturaliter† inducĩt ad recognitio
nẽ ſummi creatoris:quę recognitio potiſſimè fit
per ſacrificiũ teſte Philoſopho in Politicis:dũ
probat omnes naturaliter inclinari ad ſacrifi=
cium uerſus deum.Fuit ergo ſacrificium ſemper
etiam ante legem aliquã: ſed aduenĩete lege ue=
teri fuit poſtmodum in alia obſeruatione, quàm



primò eſſet deductũ. Aduenĩente autẽ noua le=
ge fuit iterũ aliter innouatũ: & hoc ab ipõ Chri
ſto Ieſu ſaluatore noſtro:† dũ corpus ſuum ſan= 3
ctiſſimũ cõſecrauit,illudq; deo patri obtulit ho
ſtiã immaculatã.Fuit enim ipſe uerus ſacerdos,
iuxta illud:Tu es ſacerdos in æternũ ſecundum
ordinem Melchiſedech:ut pote qui omnes ordi
nes nouẽ:de quibus ſupra in ſua ſanctiſſima per
ſona exercuit:ut ſtatim probabitur ex ſequenti
bus,&qui ſaluator feciſſe dicitur diſcretionem
iſtã,†quam habemus in maiores:& minores ſa= 4
cerdotes, dum Apoſtolos. xij. cõſtituit:& poſt
illos.lxxij.alios quos pręmiſit binos in omnem
ciuitatẽ & locũ quo erat ipſe uenturus.Luce.x.
per quorum prædicationes totus orbis implere
tur:ita ut dici poſſit,ꝙ Apoſtolorũ uices hodie
obtineant Sacerdotes maiores,id eſt epiſcopi:
qui dicũtur maiores: & ſummi,de cõſe.diſ.v.c.
manus,&.c.de his.Diſcipulorum uerò.lxxij.ui
ces obtineãt minores: uidelicet preſbyteri. xxj.
di. In nouo ita ut preſbyteri dici poſſint ſucceſ
ſores. lxxij. diſcipulorũ Chriſti.Et ſicut in ẽpis
forma Apoſtolorũ.xij. ita & in Preſbyteris for
ma diſcipulorũ.lxxij.ut dicit glo.ſup illo dicto
Luce.x.† Poſtea aũt Apĺi hãc formam ſequuti 5
ſunt qui in ſingulis ciuitatibus ẽpos, in paro=
chijs preſbyteros ordinauerũt. Procedẽte uerò
tẽpore & creſcẽte meſſe dñi ordinauerũt diaco=
nos:quorũ maximus fuit Stephanus.Subdiaco
nos uerò & alios minores ordines per ipſum di=
ſcurſum ſibi cõſtituit eccleſia : quãuis nonnulli
dicãt ſubdiaconatũ ab Apoſtolis fuiſſe inſtitu=
tũ:licet per eos inter ſacros nõ numeratũ.ſed ab
eccleſia poſtea aggregatum†.& ſicut canõ Cle 6
mẽtis Papæ teſtatur.lxxx.diſtin.in illis Beatus
Petrus Ẽpos:Primates:uel Patriarchas:in illis
ciuitatibus poni pręcepit,in quibus olim apud

Universidad de Deusto Biblioteca

Ethnicos Archiflamines eorũ ac primi legis do-
ctores erant. In quibus igitur erant Archiflami-
7 nes.† quos minores reputabant quàm prædi-
ctos Primates, Archiepiſcopos inſtitui præce-
pit: & in ſingulis ciuitatibus ſingulos Epiſco-
pos. Anacletus autẽ papa ſtatuit Preſbyteros
per uillas: & caſtella poni & ordinari. Epiſco-
pos autẽ nõ: niſi in ciuitatibus, ut hæc habẽtur
ad literam, in.c.ij.&.iij.viij.diſtin.

## CAPVT XVIII.

1 ☞ *Sacerdotum excellentia & dignitas.*
2 *Sacerdotalis dignitas regali comparata.*
3 *Ordo eccleſiaſticus quibus dotetur nominibus.*
4 *Clerici ueri qui dicendi.*

ET hæc bene notanda de antiqua & diutur
na ſacerdotum origine.† Ex hoc enim ar-
1 guitur grãdem profectò eſſe & immenſam
dignitatẽ clericorũ & ſacerdotũ: qui talem ac
diuturnũ & perdurantẽ habuerunt exortum tot
legibus confirmatũ, & ab ipſo ſummo deo ſan-
ctificatum: & ꝙ ſacerdotes eius locum tenẽt in
terris: qui terrã ipſam & cœlũ cõdidit & omnia
quæ in eis ſunt. quibus tantã deus cõtulit pote-
ſtatem, ut quos ipſi abſoluunt uel ligant ſuper
terrã, ligatos ipſe habeat & ſolutos in cœlis. c.
2 quodcunqꝫ.xxiiij.q.j.†ita ut nõ mirandũ uidea
tur, ſi ſacerdotalis ordo præeminere dicitur re-
gali dignitati, ut habetur in.c.duo ſunt quippe.
xcvj.diſt.ubi ꝙ nõ tam aurũ precioſius eſt plũ-
bo, quàm regia poteſtate eſt altior ordo ſacer-
dotalis. Non etiã mirum ſi omniũ regũ & prin-
cipum: omniumqꝫ fideliũ patres & magiſtri ali
bi appellãtur in.c.quis dubitet, cẽteſima diſtin.



Nõ inſuper mirũ ſi in diuinis eloquijs huiuſmo
di eccleſiaſtici ordines: clerici & ſacerdotes † 3
aliquando dij, aliquãdo angeli appellãtur, pro-
pter nimis excelſam dignitatẽ ſuam, ut habetur
in.c.ſacerdotibus.xj.q.iij.& in.c.cum ex iniun-
cto.de hære.& ideo bene cõcludit tex. ille in.d.
c. ſacerdotibus: meritò debere illos ab omni-
bus honorari: quibus in ſuo elogio honorẽ tri-
buens aut angelos, aut deos ipſe etiam appellat
deus. Intelligẽdo tamen de illis† qui ueri clerici 4
ſeu ueri & boni ſacerdotes re & nomine appel-
lari merẽtur, hoc eſt tales, qui qualitates omnes
habẽt debitas & requiſitas in uero & bono ec-
cleſiaſtico. Quę quidem multę ſunt & plurimę.
De quibus ſtatim in ſequenti libro.

## CAPVT XIX.

☞ *Hoſtiarij officium quale.* 1
*Hoſtiarij ordinandi formula.* 2
*Hoſtiarij officium Chriſtus quando impleuit.* 3
*Pſalmiſta quid habeat facere.* 4
*Pſalmiſtatus in ordinibus omiſſus poſtea conferendus.* 5
*Prædicandi officium ad quos ſpectet.* 6
*Lector quomodo & per quem ordinetur.* 7
*Exorciſtis quod onus incumbat.* 8
*Exorciſmi autor.* 9
*Acolytus quid exercere habeat in eccleſia.* 10

REſtat nunc ultimò, pro complemento
eius quod ſupra polliciti fuimus, in hac
prima parte ſeu in hoc primo libro, ut per
ſingulos prædictos omnes ordines diſcurrendo
breuiter oſtendamus: ꝙ ad unũ quenqꝫ clericũ

Universidad de Deusto Biblioteca



ex præmiſſis nouẽ ſpectet in ſuo illo ordine face-
re. De qua materia per Grac. in decretis in.d.§.
cleros.xxj.diſt. &.xxiij.diſt.in.c. qui eṗs, &.c.
his igitur.cũ pluribus ſeq.&.xxv.diſt.c.j.quod
incipit perlectis, ubi tex. optimus & magiſtra-
lis, qui originaliter eſt Iſidori, & de qua etiã ſa-
tis plenè in Rationali diui. offi.lib.ij. per totũ,
Incipiendo igitur à primo, uidelicet ab hoſtia-
rio. Ad hoſtiarium pertinet ut dicit tex.in.d.
1 c.j.† claues eccleſiæ tenere, ut claudat & appe-
riat tẽplũ dei, & omnia quæ ſunt intus extraq;
cuſtodiat, fideles recipiat, infideles uerò excõi-
catosq; eijciat. Sũt enim poſiti hodie hoſtiarij,
ſicut olim Ianitores in teſtamẽto ueteri, qui ad
cuſtodiã tẽpli deputabãtur, ne immũdum quid
ingrederetur illud. Stabant eñ prout legitur in
Paralipome.in quatuor templi partibus: uideli-
cet in Oriẽte: Occidente: Aquilone: & Auſtro.
Portas tẽpli ſingulas obſeruãtes, ut ne in puncto
diſcederent à miniſterio. Leuitæ eñ, quibus nu-
merus ianitorũ traditus erat, eis cibos parabãt.
2 †Forma autẽ ordinãdi ipſum hoſtiarium iuxta
decretũ Toletani concilij eſt hæc, ut poſtquàm
inſtructus fuit ab Archidiacono, qualiter in do-
mo dei debeat conuerſari ad ſuggeſtionẽ ipſius
Archidiaconi, tradat ei Eṗs claues eccleſię, di-
cendo. Sic age: ſic uiue: quaſi redditurus deo ra-
tionem pro his rebus, quæ his clauibus tradun-
tur. Clauiũ ergo traditio & uerba pręmiſſa ſunt
huius ſacramẽti ſubſtãtia: cætera ſunt ſolẽnita-
3 tis.† Hoc officium autẽ dicitur impleuiſſe Chri-
ſtus ſaluator noſter, cũ ementes & uẽdentes eie-
cit de tẽplo.xvj.q.vij.c. & hæc dicimus & quã-
do dixit, Tollite portas principes ueſtras. Et
quod in eccleſia ſpiritualiter agitur quotidie.
Vnde in euangelio, Ego ſum hoſtium. Hoc etiã
officium poteſt dici quòd impleat unuſquiſq;



fidelis quoad ſenſum myſticum, dum per fi-
dem aliquem in eccleſia introducit uel docet.
Ad Pſalmiſtam pertinet † officium canendi, 4
ſecundum quod habetur in dicto.c, perlectis,
dicere benedictiones, id eſt Benedicamus do-
mino, ſecundum glo.ibi, laudes, id eſt Alleluia.
Reſponſoria, id eſt officium miſſæ, & quic-
quid pertinet ad cãtandi peritiã. De iſto dici-
tur, ꝙ ſola iuſſione preſbyteri abſq; alia ſciẽtia
eṗi ſuſcipere pōt officiũ. dicẽte ſibi preſbytero:
uide quod ore cantas: corde credas: & quod ore
dicis operibus impleas. ita dicitur in.c. pſalmi-
ſta.xxiij.diſt. Et propter hoc ꝙ à preſbytero ſim
plici cõferri pōt multi tenẽt illã partẽ, ꝙ non ſit
ordo pſalmiſtatus, ſed officium ordinis: quan-
quàm fateãtur omnes clericatũ per illũ conferri
& effici: quem clericum per eum, Et priuilegiũ 5
clericale aſſequi, ut ſupra dictum eſt: † & uidea-
tur omnino Dominicus ibi in.d. c. pſalmiſta:
qui probare nititur, ꝙ ſit ordo: & ꝙ per eum im
primatur character ſicut per alios: adeò ꝙ ſi
omitteretur pſalmiſtatus iſte, & alij ordines cõ
ferrentur: deberet iſte ordo poſtea cõferri. Fatet
tamẽ ibi, ꝙ etiã per inferiorẽ ab eṗo pōt cõferri,
ut eſt ibi tex. Ad Lectorẽ pertinet pronuncia-
re legẽdas in matutinis, ſecundũ glo. ibi in.d.c.
perlectis, & ea quæ Prophetæ uaticinati ſunt
populo prædicare, id eſt legere ne ſit cõtra tex.
in.c. adiſcimus.xvj.q.v.† ubi quòd officiũ prędi 6
cãdi ꝓpriè ſpectat ad ſacerdotes ſolos: ad hoc
enim ordinantur Lectores, ut libros dei diſtin-
ctè: & apertè ad intelligendum legant: ſicut in
ueteri teſtamento legitur Eſdram feciſſe Hie-
remiæ. viij. Et in hoc differunt à pſalmiſtis:
quia illi cantando proferunt: iſti autem ſim-
pliciter legunt. Ad eorum quoq; ſpectat offi-
cium panem & nouos fructus benedicere.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ordinatur autem Lector ab epiſcopo per tradi
tionē Codicis in quo lecturus eſt: dicēte ei Epi=
7 ſcopo.†Accipe & eſto relator uerbi dei habitu
rus ſi fideliter impleueris,partē cum eis, qui uer
bum dei miniſtrauerint,ut habetur.xxiij.diſt.c.
lector:ita ꝙ codicis traditio cum præmiſſis uer
bis dicitur de ſubſtantia huius ordinis: cætera
ſunt ſolēnitatis. Officiū iſtud dicitur Chriſtus
ſaluator noſter impleuiſſe:quando in medio ſe=
niorum aperiens librū Eſaiæ prophetæ legit di=
ſtinctè,dicens:Spiritus dñi ſuper me:eo ꝙ unxe=
rit me,& cetera.Dicuntur autem omnes fideles
Chriſtiani implere illud, dum malè uiuentes in
eccleſia ſtudēt corrigere,& proximū bonis mo=
8 ribus inſtruere. Ad exorciſtam†pertinet exor
ciſmos memoriter habere & retinere: manusq́
ſuper energuminos, hoc eſt ſuper lunaticos &
obſeſſos à dæmonibus, & catecuminos, id eſt
eos qui in fide inſtruuntur nondum baptizatos
anteq́ baptizētur exorcizando,id eſt cōiurādo
imponere. Ita habetur in.d.c.perlectis. uer. ad
exorciſta,& in.c.exorciſta.xxiij.diſt. Et ibi Do
mi.colligēs ex illo tex.ꝙ licitum ſit Chriſtiano
homini dæmones abiurare: ut corpus humanū
exeant,& ꝙ poſſibile ſit ꝙ corpus baptizatum
uexetur à dæmonibus:& ꝙ dæmones expellerē
tur,etiā in teſtamēto ueteri per huiuſmodi exor
ciſtas,probatur ex illo dicto Euāgelij. Si ego in
Belzebuth eiicio dæmonia: filij ueſtri: ſcilicet
9 exorciſtæ in quo eiciunt:†Refert ſiquidem Io=
ſephus Regem Salomonē exorciſmi: ideſt con=
iurationis modos inueniſſe: quibus immundi
ſpiritus ab homine obſeſſo per Eleazarū exor=
ciſtam pellebantur,ita ut ulterius reuerti nō au
derent.Ordinatur exorciſta hoc modo,ut habe
tur in dicto.c.exorciſta. Accipit enim librū de
manu epiſcopi,in quo libro ſcripti ſunt exor=
ciſmi



ciſmi ſiue adiurationes : dicente ſibi Epiſcopo.
Accipe & cōmēda memoriæ:& habeto poteſta
tem imponendi manus ſuper energuminos,ſiue
catecuminos. Libri ergo acceptio & præmiſſa
uerba ſunt de ſubſtantia ordinis, cætera ſunt ſo
lennitatis. Hoc officiū dicitur impleuiſſe Chri=
ſtus:quādo & dæmonia eiecit de maria Magda
lena, & ab alijs etiā pleriſq́ dæmones eiecit: &
quod officiū implere dicimur omnes,cū per no=
ſtras orationes & opera noſtra uicium diaboli
de homine expellimus. Ad†Acolytum perti= 10
net præparatio luminariorū in ſacrario ipſe cæ=
reū portat.Ipſe ſuggeſta pro Euchariſtia, id eſt,
uinum & aquam , ſeu uaſa in quibus portantur
præparat:ita habetur in dicto.c.perlectis uerbo
ad acolytū:& ad idē tex.in.c.acolyti.xxiij.diſt.
& ibi Archi.qui reddit rationem quare accen=
dantur ita luminaria in eccleſia: quia non ut te=
nebras aëris illuminent:ſed ut denotetur proxi=
mo lucē per bona opera oſtendendam eſſe. De=
bet autem acolytus antequàm ordinetur ab ar=
chidiacono inſtrui qualiter in officio ſuo ſe ha=
bere debeat:& tunc ab eo accipere Cærofera=
rium,id eſt,candelabrum cum cæreo: ut ſciat ſe
ad accēdenda lumina eccleſiæ,id eſt, cæreos dū
Euangelium legitur mancipari.Accipere etiam
urceolum uacuum ad ſuggerendum uinum in
calice pro Euchariſtia. Præmiſſa ergo uerba &
utenſilia ſunt de ſubſtantia ordinis : cætera ue=
rò de ſolennitate . Hoc autem officium teſtatus
eſt Chriſtus ſe impleuiſſe , dum dixit : ego ſum
lux mundi , qui ſequitur me non ambulat in te=
nebris,ſed habebit lumen uitæ.Dicimur autem
implere omnes: dum ignem uerbi cœleſtis quo
fratres ad cognoſcendum Deum illumi=
nentur & inflamentur prædicando
miniſtramus.

Universidad de Deusto Biblioteca

## CAPVT XX.

1 ☞ *Subdiaconus quale in eccleſia officium gerat.*
2 *Subdiaconus ſacra uaſa tangere poteſt.*
3 *Subdiaconus cur epiſtolam in miſſa legat.*
4 *Laicus an & quando epiſtolam in miſſa dicere poßit.*
5 *Diaconi officium in eccleſia.*

1 AD ſubdiaconum † pertinet calicem & pa
tellam ad altare Chriſti deferre & leuiti-
cis tradere: & qui ſint iſti leuitę: traditur
in dicto.§.cleros.uerbo leuitæ,ſcilicet miniſtra
re.Vrceolumq́; & aquam manile: & manuter-
gium tenere Epiſcopis Presbyteris & Leuiti-
cis: pro lauandis ante altare manibus aquã præ
bere: corporalia,& ſtratoria lauare. Et tenentur
ſubdiaconi ad continentiam perpetuam ſicut
diaconi: ita ut non poſſint contrahere deinceps
matrimonium: ſic nec illi.xxxj.diſtinc.c.lex, &
xxxij.diſtinc.omnium. Eſt enim ſubdiaconatus
ſacer ordo: & primus ordo ex ipſis ſacris. c. à
multis,de æta.& quali.& de ſer.non ordi.mira-
2 mur. † unde poſſunt & ipſi ſacra uaſa tangere:
ſicut Diaconi: & tenetur Epiſcopus prouidere
eis ſicut illis. Sanè iuxta decretum concilij To-
letani Subdiaconus cum ordinatur: quia ma-
nus impoſitionem, id eſt, conſecratoriam non
accipit: patinam de manu Epiſcopi uacuam ac-
cipit: & calicem uacuum accipiat: dicente ſi-
bi Epiſcopo. Vide cuius miniſterium tibi tra-
ditur,& illud impleas. De manu uerò archidia-
coni pro eo quòd in eius adiutorium conſecrat:
accipiat urceum cum aqua: manile, id eſt, bacil-
le: & manutergium. Præmiſſa igitur uerba &
utenſilia ſunt huius ſacramenti ſubſtantia, cæte
3 ra de ſolennitate. † Cur autem Subdiaconus le-



gat Epiſtolam ad miſſam, ut communiter uide-
mus: cum tamen non reperiatur ſibi hoc compe
tere ex miniſterio ſibi conceſſo: ut patet ex præ-
miſſa forma uerborum nec ex nomine. Reddi-
tur ratio: quia in primitiua eccleſia Diaconus
non legebat Euangelium: quia hoc adhuc ſtatu
tum non erat. Poſtquàm uerò illud ſtatutum
fuit, inductum fuit, ut Subdiaconus qui Diaco-
no ſubeſt, eſſet ille qui legere haberet Epiſtolã.
Ipſe uerò Euangelium. ita habetur in Rationali
diui.offi.lib.ij.ſub rubrica de ſubdiacono. Aco
lytus autem & alij conſtituti in minoribus utrũ
poſſint cantare ipſi Epiſtolam, dicendum quòd
ſic: dummodo non in pulpito: nec in ueſtibus ſa
cris. Aliàs enim cantando in illis ueniret puniẽ-
dus: quia non poſſet promoueri ad ſubdiacona-
tum ſine diſpenſatione Papali.c.j.&.c.ij. cũ ibi
nota.de cler.exc.mini. † Quinimò etiã laicus pu 4
rus in neceſſitate poteſt dicere epiſtolam dũmo
do nõ, ut ſupra. Ita not.p Doc.i.c.ut unuſquiſq;
de ui.& ho.cler.& ibi Io.de Lig. inuehit contra
illos qui faciũt acolytos cantare Epiſtolã in ap
paratu Subdiaconali: qa male faciunt. Exercuit
aũt Chriſtus hoc officiũ ſubdiaconatus dum in
Cana Galileę cõuertit aquã in uinũ: & qñ cœna
facta miſit aquã in peluim: & pedes diſcipulorũ
lauit. Exercẽt etiã omnes fideles qui tantæ ſunt
mundiciæ q̄ ipſorũ exẽplo & conſilio: cæteri à
ſordibus criminũ lauant. Ad diaconũ † ſpectat 5
aſſiſtere ſacerdotibus: miniſtrare in oĩbus quæ
agunt in ſacramẽtis Chriſti ĩ baptiſmate, uideli
cet, in chriſmate, in patena, & calice, oblationes
quoq; ĩferre, & diſponere ĩ altari: cõponere etiã
mẽſam dñi atq; ueſtire: crucẽ ferre & prædicare,
id eſt, legere ſcd'm glo.in.d.c.plectis, ac etiã apo
ſtolũ.i.epiſtolã: & hoc ultimũ in defectũ ſubdia
coni. Ad ipſum quoq; ꝑtinet officiũ precũ, id eſt

Universidad de Deusto Biblioteca

dicendi litanias ſecundum glo. & recitatio no-
minum ordinandorũ, baptizandorum & mor-
tuorum: & excommunicatorum. Ipſe pręmonet
aures habere ad dominum, & hoc ſecundũ glo.
dum dicit: Humiliate capita ueſtra Deo. Ipſe
hortatur clamare uidelicet, Kyrie eleyſon in ro
gationibus, & annunciare, ſcilicet, feſtiuitates.
Hæc omnia ibi in uerbo ad diaconum.

## CAPVT XXI.

1 ☞ *Epiſtola in miſſa ſedendo auditur.*
2 *Standum quomodo ſit dum in miſſa Euangelium dicitur.*
3 *Conſuetudo in Euangelij lectione.*
4 *Signum crucis quando & in quibus & quomodo faciendum.*

DOminicus in dicto loco poſt Archi. po-
1 nit rationem † quare dum legitur epiſto-
la permiſſum eſt ſedere: nõ ſic quando le-
gitur Euangeliũ: quia epiſtola eſt quędã quaſi
uicaria legis & prophetarũ ante ſanctum Euan
gelium, præconis officiũ gerens: quia ſicut præ-
co præcedit militem, ita lex præceſſit Euange-
liũ: unde diſtat ab Euangelica maieſtate: quan-
tum præco à iudice, & legatus à legatione. Me-
ritò ergo ad Euangelium aſſurgitur iuxta. c. apo
ſtolica, de conſecra. diſt. j. Per quem tex. com-
2 muniter tenetur, † quòd non ſufficeret genibus
flexis, ſed aſſurgi debet, & rectè ſtare: & ita com
muniter ſeruatur: non tamen ſi bene inſpicia-
tur: probatur hoc ex illo tex. Solum enim pro-
bat, quòd non debeamus ſedere, ſed curui ſtare,
hoc eſt non ſuperbè nec eleuatè: ſed curui imò
potius probat oppoſitum, dum ibi dicitur ſed
uenerabiliter curui; & ibi fideliter adorent.



Quod proculdubio dicuntur facere, qui geni-
bus flexis audiunt ad hoc gloſ. quæ hunc intel-
lectum uidetur habuiſſe ad illum tex. in clemẽ.
ad noſtram, de hære. in uerbo octauo. Attamen
domi. Anto. in. c. ſanè, de celeb. miſ. tenet, quòd
ſtando audiri debeat curuè tamen: & pro hoc
uerbum ſtantes. Non tamen puto ego quòd fue
rit de mente illius tex. quòd non ſufficeret geni-
bus flexis audire ponderatis uerbis & mente il-
lius tex. ut ſupra. Tamen ut dixi conſuetudo ui-
detur communiter obſeruare quòd aſſurgant.
† Pro qua nonnulli Theologi allegant ratio- 3
nem, ad denotandum, ſcilicet, promptitudinem
quandam, quam tenemur habere uſq; ad expo-
ſitionem etiam perſonæ, & uitæ propriæ corpo
ralis: pro defenſione ueritatis eorum quæ ibi
Euangelizantur iuxta illud Lucæ. Qui non ha-
bet gladium uendat tunicam, & emat illũ. Vn-
de quidam ad denotandam etiam maiorẽ prom
ptitudinem, clamydes deponunt ſi habent. Ac
etiam ad denotandum quòd omnia temporalia
dimittenda ſunt propter Deũ, iuxta illud, Ec-
ce reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te, &c.
Vel ideo recti ſtare debemus: qa doctrina Chri-
ſti ad cœleſtium amorem nos erigit. Ita habetur
& notatur in Rationali prædicto diui. offi. lib.
iiij. ſub rubrica de Euãgelio: ubi ponitur etiam
quomodo debent deponi arma: & baculi ſi ha-
bentur: & ratio quare, redditur triplex, ut ibi. Et
ibi etiam † quomodo in fine Euangelij: & ubi- 4
cunq; in miſſa: ſeu in officio horarum fit mentio
de uerbis Euangelicis, debet fieri ſignum cru-
cis: ut in fine, Gloria in excelſis Deo. Sanctus.
Agnus Dei. Benedictus Deus Iſraël. Magnifi-
cat: &, Nunc dimittis. & etiam ubicunq; de cru
ce, uel crucifixo fit mentio: imò in omni actu no
ſtro. Ita habetur ibi in lib. v. ſub rubrica. j. ubi

de ſigno crucis quomodo tribus digitis faciendum eſt, incipiendo à fronte & deſcendendo deorſum: & à dextera tranſeundo ad ſiniſtram: uel à ſiniſtra ad dexteram ſecundum alios, & uterque modus bonus ſecundum diuerſas ſuas ſignificationes, pro quo poteſt allegari bona gloſ. in. c. nunquid, de conſecra. diſ. iiij. Augu. tamen dicit quòd nulla ſcriptura ueteris uel noui teſtamenti docet fideles crucis ſignaculo inſigniri. Ita habetur in. c. eccleſiaſticarum. xj. diſt.

## CAPVT XXII.

1 ☞ *Lectiones & pſalmi in choro qualiter audiendi.*
2 *Sancti cur rectè orandi.*
3 *Orandum utroq; poplite flexo.*
4 *Diaconus manus non habet conſecratas.*
5 *Confeßiones audire quibus permiſſum.*
6 *Diaconi ordinandi modus & forma.*

QVantum etiam ad id quod ſupra dictum eſt de Epiſtola, ut poſſit & debeat ſedendo audiri: † idem dicitur ibi in lectioni-
1 bus oibus quæ audiũtur: quoniam doctrina ſedendo: & quieſcendo melius recipitur: iuxta illud philoſophi. Sedendo & quieſcẽdo ſit anima prudens: & iuxta illud eccleſiaſtici. Sapientiam ſcribe in tempore otij: & qui minorat: actu per-
2 cipiat eam. † Sanctos autem debemus rectè orare. ad denotandum eos in perpetua lætitia eſſe: iuxta illud. Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis Hieruſalem. Pſalmi uerò ſtando etiam dici debent, ad oſtendendum quòd ſtantes in bonis operibus uiuamus: iuxta illud quod ſcribit de Moyſe in. c. ſi quis uult. xxxv. diſtin. uel ex hoc actu ſtandi corpore eleuati, denotet nos quoque



mente & contemplatione eleuatos eſſe debere.
† Et ibi etiam quomodo utrunque genu in eccle- 3
ſia in oratione ad Deum flectendum eſt, & non alterum tantum ut plærique: ne Iudæis aſſimilari uideamur: & quia Chriſto omne genu flectendum eſt ad Philipen. ij. exemplo quoque Salomonis, de quo legitur, quòd orans pro populo utrunque genu ſigebat in terrã, & manus ad cœlum extendebat. iij. Regum. viij. c. ut de his omnibus latius ibi. Redeundo nunc ad diaconũ; ſi quis uult plura alia uidere de ipſo diacono: uideat quod habetur in decretis. xciij. diſt. per totam illam diſt. & quòd habetur de eo in Rationali diui. offi. lib. ij. ſub rubri. de diacono: ubi ha
betur inter alia † quòd non debet diaconus cor- 4
pus Chriſti diſpenſare: quia non habet manus conſecratas ad tangendum, ut dicit Tho. in. iiij. diſt. xiij. niſi de mandato epiſcopi, uel presbyteri, presbytero longè poſito in caſu neceſſitatis. xciij. diſt. præſente. Item nec audire confeſſio-
nes: † cum illud ſolis presbyteris competat: niſi 5
in neceſſitate: quo caſu poteſt etiam laicus audire de pœni. diſt. j. c. quem pœnitet. Extra neceſſitatem autem peccaret, qui cum ſacerdos nõ ſit, quicunque ille ſit, audiret confeſſiones: ut no. Io. in. c. j. in fi. de ſum. tri. & fide catho. & eadem ratione qui baptizaret. Modus autẽ & forma or-
dinandi diaconum eſt † ut tradatur ei ſtola & co 6
dex Euangelij ſub certis uerbis: quæ res & uerba ſunt huius ſacramẽti ſubſtantia. Hoc officio uſus eſt ſaluator noſter, quando poſt cœnam ſacramentũ corporis: & ſanguinis eius proprijs manibus diſpenſauit diſcipulis. Item qñ Apoſtolos hortatus eſt dicens: Vigilate & orate: & qñ prędicauit Euangeliũ. Vtunt aũt oẽs fideles hoc, dũ uigilãdo & beneminiſtrãdo ĩ omni ſuo miniſterio ſui exẽplo hortant, & inducũt alios.



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



## CAPUT XXIII.

1 ☞*Preſbytero ad officium ſuum quid incumbat.*
2 *Preſbyter quæ ſacramenta conficere poteſt.*
3 *Prædicare uerbum* Dei *quibus conceſſum.*
4 *Preſbyteri ordinandi ritus & ſolennitas.*

1 AD Presbyterum† pertinet ſacramentnm
corporis,& ſanguinis dominis in altare
deicõficere:item & bñdicere,ſcilicet, po-
pulum poſt miſſam etiam ſi nõ ſit presbyter cu-
ratus:quod poteſt facere ſemper, dummodo nõ
ſit ibi præſens Epiſcopus: quia tunc non poteſt
niſi de licentia eius tunc.xcv.di.c.ecce. Ad eum
etiam ſpectat orationes dicere:ut habet̃ in dicto
c.perlectis uerbo ad presbyterum:poteſt deniq;
2 presbyter omnia ſacramenta conficere,† pręter
duo,confirmationem uidelicet, & conſecratio-
nem,quæ ſunt Epiſcopo reſeruata: ut ſtatim in-
fra dicetur. Poteſt etiam prædicare:imò uidetur
ꝙ principaliter ad eius officiũ ſpectet officium
hoc prædicandi de iure cõmuni per tex.in.c.ad-
dicimus.xvj.q.j.ubi tex.ad literam.Nullus præ
ter domini ſacerdotes audeat pręedicare:ſiue mo
nachus:ſiue laicus, cuiuslibet ſcientiæ nomine
glorieť.Quod tamen qualiter intelligendũ: ui-
dendũ ibi per glo.Non enim omnes ſacerdotes,
ex hoc ꝙ ſacerdotes, poſſunt publicè prædica-
3 re:† ſed ſolum illi qui ad hoc officiũ inſtituunt̃
c.cũ ex iniuncto,de hære. Item nec ſacramenta
poſſunt omnes conferre: uel confeſſiones audi-
re:ſed illi ſolũ quibus competit animarũ cura:
uel habẽt ad hoc licentiã à ualente eam dare, ut
not.in.c.omnis,de pœni.& remiſ. de hoc etiã &
quæ oporteat presbyterũ ſcire, ſeu qualem aut
quantam ſcientiã literarũ habere,& quæ maxi-
mè attendere & obſeruare, habetur latius infra



in ſeq.lib.per totum,maxime in.xvij.requiſito,
cum ſequenti.pluribus.†Sanè eis,qui in preſby 4
terum ordinãtur, traditur ſub certis uerbis ſto-
la:caſula,& calix, cum patella, & etiam inun-
gitur, quia res & uerba ſunt huius ſacramenti
preſ byteralis ſubſtantia: cætera uerò præce-
dentia & ſubſequentia de ſolennitate ſunt.
Hoc officium exercuit Chriſtus noſter,quando
poſt cœnam panem:& uinum:in corpus:& ſan-
ginem diuina uirtute cõuertit:dicẽs Apoſtolis,
Accipite & mãducate, hoc eſt corpus meũ.Ex-
cellẽtius quoq; hoc officio uſus eſt:dũ pro pec-
catis humani generis obtulit ſeipſum in ara cru
cis deo patri: & adhuc glorioſus continuè im-
plet, dum ſedens ad dexteram patris intercedit
pro omnibus ſuis fidelibus.

## CAPUT XXIIII.

☞*Epiſcopale munus quibus rebus innitatur.* 1
*Pontificis officium.* 2
*Epiſcopi ordinatio quæ requirat.* 3
*Chriſtus officium pontificis quãdo exercuiſſe tradatur.* 4

AD Epiſcopũ pertinet† baſilicarũ conſe- 1
cratio, unctio altaris & confectio chri-
ſmatis : ipſe prædicta officia & ordines
eccleſiaſticos diſtribuit:ipſe ſacras uirgines be-
nedicit. ita habetur in.d.c.perlectis, in uerb.ad
epm, ſed de hoc uidelicet de his quæ ſpectãt ad
epiſcopalem ordinem:ita ꝙ non ad alios uiden
dum, ut plenius habetur, & nota. in Rationali
diui. offi.lib.ij. in Rubrica ultima de epiſcopo,
ubi inter alia, ponuntur hæc uerba, ꝙ licet ſex
ſint,quæ cõiter ad omnes pertinent ſacerdotes,
uidelicet catecizare,baptizare,prædicare,con-

Universidad de Deusto Biblioteca

2 ficere,ſoluere,ac ligare.† Tamen ad pontificem
nouē ſunt quæ ſpecialiter ſpectant,uidelicet cle
ricos ordinare, uirgines benedicere, pontifices
conſecrare, manus imponere, baſilicas dedica-
re, degradandos deponere, ſynodos celebrare,
chriſma cōficere, ueſtes & uaſa cōſecrare:& cæ
tera.ut ibi. Ibi etiam ponitur quæ:& quot:in-
teruenire debeāt in ordinatione epiſcopi unius:
3 quæ licet multa ſint† ſolū tamē iſta ſunt de ſub-
ſtātia ſacramēti capitis:ſcilicet & manuum un-
ctio, & pollicū cōfirmatio, baculi,annuli:atq;
euangelij traditio.cū certis uerbis ad hæc apro
priatis:cętera uerò alia poſſunt dici ſolēnitatis.
Et de quo epiſcopo,an requiratur in eo neceſſa-
riò ſciētia canonū:uel qualis aut quāta ſcientia
requiratur in eo:& generaliter in oībus ordinā-
dis:& an liceat eis ſtudere in iure ciuili: & Phi-
ſica:& quid in religioſis:& an ſine pctō poſſint
appeti epiſcopatus: & aliæ dignitates eccleſia-
ſticę. Et de alijs ſimilibus quæſtionibus multū
pulchris ad propoſitū habetur in lib.ſeq.in pri-
4 ma parte. †Quomodo autē Chriſtus qui fuit &
ipſe pōtifex omnium ſuppremus, in ſui perſona
poſſit dici exercuiſſe officium iſtud:dici poteſt
quòd tunc inter alios actus quando manus ſu-
per capita diſcipulorum leuās benedixit eis,di-
cēs: Accipite ſpiritū ſanctū:quorum remiſeritis
peccata remittūtur eis:& quorū retinueritis re-
tēta erūt,& cætera.Et hęc uolo ſufficere pro bre
ui expeditione earum omniū quæſtionū,quas
ſupra in proœmio opuſculi pollicitus ſum me
expediturū in hac prima parte eius principali
ſeu libro primo huius opuſculi. Sequitur nūc
ſecunda pars.& ſecundus Liber.

FINIS LIBRI PRIMI.



# ALBERTI TROTII FERRA-riensis, De perfecto Clerico.

## LIBER II.

*Clericorum ordinandorum qualitates.* 1
*Examinandus qui ordinatur.* 2
*Clericus non examinatus deponendus.* 3

HIs uiſis circa primā partē,
quæ fuit qui dicantur cleri
ci,ſeu qui ueniant appella-
tione clericorum: reſtat ut
ad ſecundā deueniatur:quę
eſt de qualitatibus ipſorū
clericorum : hoc eſt quæ &
quot requirantur in eis: ut
ueri & boni clerici appella
ri poſſint:non ſolū noie:ſed etiā re ipſa. Et pri-
mo,quæ & quot requirantur & attendi debeāt
in eis, antequam ordinentur. Secundo,quæ &
quot requirantur in eiſdem, poſtquàm ordinati 1
ſunt. Quantum ad primum † de qualitatibus
quę requiruntur in ordinando:ſciendum & no-
tandum eſt, quòd multa requiruntur : de qui-
bus per Gratianum a. xxiiij. diſtinc. uſque ad
centeſimam diſtin.ſed inter alia quædam præci
pua,& ideo bene notanda & ante oculos habē-
da:non ſolum eorum qui ordinari deſiderant,
ſed etiam eorum quibus incumbit onus ordinā
di,ut non recipiant aliquos ad ordinationē:niſi

Universidad de Deusto Biblioteca

diligenti facta examinatione an omnia iſta cō-
2 currant in eis:ſic enim introductum eſt,†ut ſine
examinatione non admittatur aliquis:ut habe-
tur.xxiiij.diſt.per totum:& notatur in.c.unico,
de ſcrutinio : alias punitur,& qui promouetur,
& qui promouit,c.ſi.eadem diſt,xxiiij.quia ue-
niunt deponendi ambo: & ex clero abijciendi:
ut dicit tex. & ibi glo. notabilis: ꝙ etiam ſi in
omnibus ſit idoneus ille qui ſine examinatione
3 promouetur : tamen propter hoc ſolum: † quia
non examinatus uenit deponendus.

## CAPVT I.

### REQVISITVM I.

1 ☞ *Illegitimus nunquid à ſacris arcendus.*
*Spuriorum ad decimam uſq; generationem conditio.*
2 *Fama clericorum inconcuſſa permanere debet.*
3 *Illegitimi cur rarius quàm legitimi moribus præſtant.*
4 *Legitimus illegitimo in honoribus deferendis præfe-
rendus.*
5 *Natalium turpitudo uirtute tegitur.*
6 *Virtus plus affert ornamenti quàm maiorum ſplēdor.*
7 *Literati nobilibus æquiparantur.*
8 *Nobilitas nulla maior uirtute.*

PRima ergo qualitas, & primū re-
quiſitū eſt,ꝙ ille , de quo ordinan
do agitur, ſit legitimè natus: hoc
eſt ex legitimo matrimonio.†Pro
1 hibentur enim omnes illegitimi
ordinari quocūq; nomine cenſeā-
tur:non ſolum ex diſpoſitione le-
gis canonicæ,ſed etiam diuinæ: ut de utraq; eſt



tex.in.c.per uenerabilem, qui filij ſint legi.in fi.
ibi teſtante dn̄o Deuterono. Māceres & Spurij
uſq; in decimā generationem in eccleſiā dei nō
intrabunt. Et ratio prohibitionis redditur tri-
plex per Hoſtiē.in ſumma de filijs preſby.§.quę
ſit cauſa. Pręterea dignitas clericalis,cum ſit
magna in ſe,huiuſmodi perſonis tanquam uili-
bus conferri non debet.c. inter dilectos,de ex-
ceſſi.pręla.Ex incōtinētia enim parentum qua-
ſi maculati & inhoneſtati cēſentur: †fama autē 2
promouēdi in nullo debet uacillare.xxxiij.diſt.
laici,& ex talibus eccleſia ſaltem de facto infa-
matur.c.unico.de obligatis ad ratiocinia. Itē
deteſtatio paterni criminis. c.uergentis. de hæ-
reticis.Item quia tales ſolent eſſe imitatores pa
terni criminis,iuxta illud.
*Filius eſſe ſolet ſæpe patri ſimilis.*
Argumento.lvj.diſt. c.ſi gens,&.l. ꝙ ſi nolit.§.
ſi mancipia. ff. de ædi.edi: ibi. præſumptum eſt
em̄ quoſdā peruerſos fore: quia fuerūt nationis
peruerſę.† Accedat & alia ratio:quia experimē 3
to apparet tales ut plurimum non ita morigera
tos eſſe ſicut legitimos : eo ꝙ à parētibus nō ita
ſolicitè inſtruūtur ſicut legitimi:& eſt ratio Ri-
chardi in quarto,diſtin.xxv.q.iij.qui ſentit etiā
prædictas rationes. Quibus rationibus atten
tis teneri poſſet:& ita tenent aliqui:ꝙ†ſi illegi- 4
timus haberet competitorem in dignitatè legi-
timè natum: deberet pręferri legitimus cæteris
paribus,arg.l.generaliter.§.ſpurios. ff. de decu-
rio.Cæteris paribus dixi: quia ſecus ſi eſſet do-
cta perſona & bonæ famæ:ille autem cōpetitor
non ſic.Non enim ex hoc ipſo ꝙ ille eſt illegiti-
mus,debet ſperni, ut in.c.naſci.lvj.diſtin. naſci
enim de adulterio,non eſt eius culpa qui naſci-
tur, ſed illius qui generat, ut dixit ibi tex. & eſt
originaliter Hieronymi in epiſtola cōtra Ruffi

Universidad de Deusto Biblioteca

num,ponentis exemplum de ſeminibus in terrã
ſparſis & cætera.& quia dei manus eſt illa,quæ
5 operatur in uno ſicut in alio.† Et ideo tex. in.c.
undecũq; naſcantur homines:modo parentum
non imitentur errores honeſti & ſalui erunt:ſe-
men enim hominis ex quocũq; homine dei crea
tura eſt:& eo malè utentibus malè erit, non au-
tẽ ipſum ſemẽ malũ:propterea tex.ibi ſequẽs be
ne exortatur ut nũquam de uitijs erubeſcamus
parentũ, ſed ſemper amplectamur uirtutẽ.Imò
ille tex.mirabiliter probat in fi.ſui:ꝙ ille magis
laudandus eſt : qui ex parentibus à uirtutibus
alienis propria nirtute reſplẽdet, quàm ille qui
non ſua,ſed maiorũ uirtute clarus eſt: licet ipſe
6 etiam æqualiter uirtuoſus.†Et ibi glo.not. hoc
colligit & firmat : quod tamen dictum non te-
neo ego ſimpliciter, ſed de ueritate illius recur-
rendum ad nota.in.c.penul.de præben.maxime
per Abb.ibi.qui ſentit,ꝙ licet ille ſit magis cõ-
mendandus : iſte tamen magis honorandus in
quo ſcilicet concurrũt nobilitas & uirtus: quia
duplex decor fulget in eo parentum: ſcilicet &
proprius. Et pro hoc tex. & ꝙ ibi notatur in.c.
7 de multa. de præben.† ubi æquiparantur nobi-
les & literati: & quod nota. per Bal.in.l. nemi-
ni.C. de aduoca. diuerſorum iudici. ubi ꝙ do-
ctor nobilis ceteris paribus præferẽdus eſt igno
bili.ad idem glo. ad hoc notabilis in.l. ſocietas
pro ſocio, & quod ibi Sali. per illam glo.quam
multum nota.licet in contrarium uideatur face
re glo.in.c.quoniam uetus.xxiiij.q.j.in uerb.in-
uidia dei:dum ponit exemplum, cum duo cer-
tarent de beneficio, & unus allegaret nobilita-
tem:ex aduerſo reſpondit alius: piſcatori Petro
filio fabri ſucceſſorem quærimus,non auguſto,
Et pro hoc poſſet allegari quod ſcribitur apud
Iuuenalẽ ſatyra Octaua quæ incipit ſtegmata



quid faciunt,inquãtum ibi cõcludit per multas
rationes,†ꝙ nobilitas ſola eſt unica uirtus. 8

*Tota licet ueteres exornent undiq; cæræ*
*Atria, nobilitas ſola eſt,atq; unica uirtus.*

Et ad propoſitum de illegitimis poteſt pro illis
ultra præallegata adduci etiam bonus tex.in.c.
dominus noſter.lvj.diſt.ubi tex.qui ad præben
dam fiduciam talibus qui ex illegitimo matri-
monio naſcuntur, adducit hæc uerba:ꝙ iſta ra-
tione dominus noſter uoluit non ſolum de alie-
nigenis commixtionibus:ſed etiam de adulteri
nis librum generationis ſuæ duci. Ad idem tex.
ead.diſt.in.c.ſponſus ille qui eſt tex.Auguſtini.

## CAPVT II.

*Illegitimi ad ordines diſpenſandi.* 1
*Illegitimus diſpenſatus ad tenẽdum beneficium an poßit* 2
*duo ſimul obtinere.*
*Illegitimus quando ad ordines poßit ſine diſpenſatione* 3
*promoueri.*
*Diſpenſatio epiſcopi nũquid ſufficiat illegitimo religio-* 4
*nem ingreſſo,& ad quid.*
*Filij preſbyterorũ an poßint in eccleſia paterna iſtitui.* 5
*Filij ante ordines nati an ſint diſpenſatione promouendi.* 6
*Legitimatio quo ad actus eccleſiaſticos an includat etiã* 7
*actus ſeculares.*

NOn tamẽ credendũ† ꝙ legitimi huiuſmo
di quãtumcũq; alias ſufficientes poſſint 1
ordinari ſtãte illegitimitate illa: & ideo
remedium eſt,ut ſi ordinari uolunt diſpenſatio-
nem petant & obtineant.Et quis poſſit diſpen-
ſare:dicendum eſt quòd epiſcopus quantum ad

Universidad de Deusto Biblioteca



ordines minores & ad beneficium ſine cura. Ad
curatum autē & dignitates ſolus Papa poteſt.
2 c.j. de filijs presby.lib.vj.† Vbi additur:ꝙ ſi di=
ſpenſatū fuerit cum tali illegitimo nō obſtante
defectu natalium, ut poſſit ad curatum benefi=
ciū promoueri, prætextu illius diſpēſationis nō
poterit duo beneficia ſimul obtinere. Nō etiam
poterit ad perſonatū uel ad rectoriā aſſumi: ad
quā per electionē procedi cōſueuiſſet, ut eſt tex.
nota.in.c.fina.de præben. In uno tamen caſu
poſſet ſine diſpenſatione promoueri ad omnes
3 ordines,†quādo ſcilicet intraret religionem ta=
lis illegitimus: & in ea profiteretur. c.j.de filijs
presbyte.& facit.§.j.lvj. diſtin, religionis enim
ingreſſus ſequuta profeſſione, ſicut tollit ingra
titudinem.xix.q.ulti.c.non liceat:ita omnē irre
gularitatem tollit. Ad prælationem tamen non
poſſunt prmoueri ſine diſpenſatione: ut in dict.
c.j. Nec etiam ad curam animarū in parochia.
nec etiam ad benedicendum in eccleſia.aliquid
promoueri ſine diſpēſatione:ut ibi:cum diſpēſa
4 tione autē ſic.†Sed an ſufficiat diſpenſatio epi=
ſcopi cū talibus religionē ingreſſis, in hoc caſu
ſunt opiniones. Quidā em̄ ꝙ non per.c.nimis, de
filijs preſby.aliqui tenēt ꝙ ſufficiat, quo ad hoc
ut in abbates poſſint promoueri: non autem in
epiſcopos: Et ad.c.nimis. Reſpondent, ꝙ loqui=
tur de remanentibus in ſeculo: ſed prima tutior
ſecundū Richardū in.iiij.diſt.xxv.q.iij.ubi de
hac materia. De hoc tamen quę diſpenſatio re=
5 quiratur: etiam à quo concedi poſſit:† & maxi=
mè quid in filijs ſacerdotum ut poſſint inſtitui
in eccleſijs paternis uel non paternis: recurren=
dum ad nota.per Hoſtiē.in titu. de filijs preſby.
§.quis poſſit, & ad ea quæ habentur & notātur
in.c.ex tranſmiſſa, &.c.ex tua.eod.titu. Et quid
ſi per ignorantiam contingat illegitimum pro=
moueri:



moueri: de hoc in.c.fi. de tempo. ordi. & an de=
beat credi uerbis matris: de hoc in.c.per tuas, de
probatio.& in.c.afferte, de pręſump. Et quid
de filijs presbyterorum, † quos ipſi genuiſſent 6
ante ſacerdotium ex legitima uxore: de his in.c.
ad hæc, & in.c.ad extirpandas, & in. c. ad abo=
lendam, de filijs presbyterorum, & in. §. j. con=
iuncto.§.fina.& in.c.Oſius.lvj.diſtinc.ubi enu=
merantur ſeptem ſummi pontifices qui ex filijs
presbyte.hoc modo euaſerunt ad papatum. Et
de illegitimo qui legitimatur uel per ſubſequēs
matrimonium, uel per Papam, aut Imperato=
rem, uel alium habentem poteſtatem legitiman
di: de primo recurrendum ad nota. in. c. tanta,
qui filij ſint legitimi: de ſecundo in. c. per ue=
nerabilem, eod.titu.ubi etiam notatur†an legi= 7
timatus quo ad actus eccleſiaſticos cenſeatur
etiam legitimatus quo ad ſeculares: & eſt quæ=
ſtio ſatis diffuſa, de qua ibi.

## CAPVT III.

### REQVISITVM II.

☞*Fœmina cur ordines non poßint ſuſcipere.* 1
*Moniales nunquid ſacra tangere poßint.* 2
*Fœminæ à quibus rebus in eccleſia arceantur.*
*Sacramentum duo requirit.* 3
*Fœminæ cur caput uelare & comas nutrire debeant.* 4
*Mulier an ad Dei imaginem ſicut uir dicatur eſſe facta.* 5
*Mulier ex conſuetudine iudicat, non aliter.* 6
*Abbatiſſa dicitur diaconiſſa.* 7
*Hermaphrodita nunquid poßit ad ordines promo=ueri.* 8

Universidad de Deusto
Biblioteca



REquiritur ſecundo, quòd ille qui petit ſeu
appetit ordinari: non habeat impedimen
tum ſexus; †ut quia ſit maſculus : non au=
1 tem fœmina. Fœminæ enim prohibentur ordina
ri: & hoc impediẽte ſexu ex conſtitu. eccle. adeò
quòd ſi ordinetur fœmina de facto non recipit
characterem ordinis : nec executionem eius : ut
dicit gloſ. nota. in. c. diaconiſſa. xxvij. q. j. & te=
nent Docto. in. c. noua, de pœniten. de remiſſio.
ad hoc tex. xxiij. diſt. ſacratos, &. c. mulier, ubi
2 tex. † quod fœminæ quantumcunq; Deo ſacra=
tæ & ſanctæ: uaſa & pallas ſacras, quibus mini
ſtratur, contingere non debent præſumere : uel
incenſum circa altare offerre: ad idem tex. in. d.
c. noua, ubi tex. prohibens eis ne benedicant in
eccleſia, etiam ſi ſint abbatiſſæ, & ne audiant
confeſſiones in criminibus monialium, & pu=
blicè Euangelium legant : & ibi redditur ratio,
in fi. tex. quia licet beatiſſima uirgo Maria di=
gnior & excellentior fuerit Apoſtolis uniuerſis:
non tamen illi ſed illis dominus tradidit claues
regni cœlorũ. Et ſi quæratur de ratione rationis
quare non ſic fœminis : redditur per Richar. in
iiij. di. xxv. q. iiij. & redditur per Docto. noſtros
3 in. d. c. noua, uidelicet† quia in ſacramẽto requi
ritur res & ſignum. c. cum in arte, de cele. miſſa.
tum autem clericus quando ordinatur per ordi
nem tacitè coniungatur eccleſiæ tanq; ſponſus
ſponſæ: hoc myſticum non poteſt cadere in fœ=
mina: quia ſponſa eſt & non ſponſus. Item quia
in ſexu fœmineo non poteſt cadere eius gradus
præeminentia: cum ipſa fœmina habeat in ſe ſta
tum ſubiectionis: primo ad Thimothæũ ſecun=
do: ibi mulierem docere non permittas neç do=
minari in uirũ: qa enim parilitate malè uſa fuit,
ideo fuit ſubiecta uiri poteſtati : Geneſis. c. iij.
ibi & ſub uiri poteſtate eris : ad hoc. c. cũ caput



mulieris ſit uir. xxxiij. q. ultima &. c. mulierem,
ubi redditur alia ratio propter originem pecca=
ti, quod emanauit ab Eua: & quia prçuaricatio
ab ipſa inchoauit: & ne iterum fœminæ facilita
te labantur. † Et ideo in ſignũ ſubiectionis in= 4
troductum eſt fœminas debere incedere capite
uelato. xv. q. iij. §. his ita. Et hoc ſignum maxi=
mè oſtendere in eccleſia dei, propter reuerẽtiam
ſacerdotum, ut notanter dicit ibi tex. in dicto. c.
mulierem & ibi glo. in uerbo reuerẽtia, quæ ad=
dit aliam rationem: quare ſic uelatæ, ne ſacerdo
tes intuentes faciem earum, irritentur ad libidi=
nem. Portant etiam in ſignum ſubiectionis hu=
ius capillos longos, ut eſt text. in. c. quæcunq;.
xxx. diſt. adeo q; ſi qua fœmina abſcinderet ſibi
eos, excõmunicanda ueniret: ut ibi eſt tex. Ac=
cedit † quia mulier non imago dei eſt ſicut uir: 5
qui uir imago & gloria dei eſt: & ad imaginem
& ſimilitudinem dei factus: mulier autem non:
ut dicit tex. in. c. hæc imago. xxxiij. q. ulti. Licet
enim quo ad quid: quia quo ad animam ratio=
nalem dicatur habere imaginem dei: tamẽ quo
ad quædam myſtica non uidetur repræſenta=
re imaginem ipſam Dei: ut declarant Doctores
in dicto. c. noua. Quibus rationibus & reſpe=
ctibus attentis, prohibetur etiã eis prædicare:
& publicè docere : ut notat gloſſ. in dicto. c. no=
ua, & habetur in dicto. c. mulierem. †Non poſ= 6
ſunt etiam iudicare in cauſis : ut ibi : & decima
quinta quæſtione tertia. §. econtra, &. §. fœmi=
næ, niſi fortè ex conſuetudine. c. dilecti, de arbi=
tris, neç arbitrium in ſe ſuſcipere : ut ibi nota.
& in. l. unica. C. de arbitris. Nec mirum, ſunt
enim fœminæ in multis iuris articulis deterio=
ris condictionis quàm uiri. l. in multis. ff. de
ſtatu hominum, & ibi glo. ordi. & in. l. fœminæ.
ff. de regulis iur. licet econtra. In multis etiam

ſint melioris conditionis, de quibus ibi per glo.
& per Spe. in tit. de procu. in prin. & in tit. de ac-
cuſa. §. j. & in. l. j. ff. de ſenato. per Bal. Nec ob-
ſtat ad prædicta ſi opponeretur de illo ad Gala-
thas. iij. ꝙ in Chriſto Ieſu necꝫ maſculus necꝫ fœ
mina: quia reſpondet Richar. ubi ſupra, ꝙ uerũ
eſt quantũ ad meritũ in Deum per comparatio-
nem ad Chriſtũ non eſt differentia inter maſcu-
lum & fœminam: eſt tamen quo ad officium.
7 †Non obſtat etiã prædictis. c. presbyter. xxxij.
di. & c. mulieres, in quibus ſit mẽtio de presby-
tera. & xxvij. q. j. ubi dicit, diaconiſſam non de-
bere ante annos. xij. ordinari: ex q̃bus innuit ꝙ
poſſint ſuſcipere ordinẽ diaconatus & presby-
teratus: quia reſpondetur ꝙ ibi presbyteræ uo-
cantur uiduæ ſeniores non mulieres ordinatæ:
per diaconiſſam autem intelligitur abbatiſſa ſe
cundũ gloſ. ibi: uel ꝙ ibi appellant diaconiſſæ:
illæ quibus iniungitur legere omiliã in matuti-
nis: cum aliquali benedictione, ut dicit alia glo.
8 ibidem. Quid autem in hermaphrodita† an poſ-
ſit ordinari: quia participat de utroqꝫ ſexu fortè
dici poſſet attendendum an magis incaleſcat in
ſexu uirili, & poſſit. An uerò in ſexu fœminino
& non poſſit arg. l. quæritur. ff. de ſtatu homi. &
iiij. q. iiij. §. hermaphroditum. Et an ſtari debeat
dicto eius in quo magis incaleſcat Bal. ibi dicit
quòd ſic, ſecundum Guil. de Cuneo.

## CAPVT IIII.

## REQVISITVM III.

1 ☞ *Ordinandus liberæ debet eſſe conditionis.*
2 *Seruus nunquid in domini præiudicium ordinari poßit.*
3 *Seruus ſacris iniciatus quando domino reſtituendus, & ad quas operas.*



*Seruus ordinatus & domino reſtitutus à quo iudicãdus.* 4
*Seruus ad ordines ſuſceptus contrahere matrimonium* 5
*an poßit.*
*Seruus ordinatus à quo tempore per dominum repeten-* 6
*dus.*

REquiritur tertio, quòd non habeat impe-
dimentum ſtatus, ut quia ſeruus alienus:
†nullus enim ſeruus, ſiue priuati alicu- 1
ius, ſiue eccleſiæ ordinari debet, niſi manumit-
tatur prius. liiij. diſt. c. j. ij. & iij. Et ratio prohi-
bitionis eſt ſeruilis uilitas per reſpectum ad cle-
ricalem dignitatem. liiij. diſtin. c. admittatur, &
de ſeruis non ordi. c. de ſeruorum. Et quia debet
eſſe immunis ab alijs qui diuinæ aggregandus
eſt militiæ dicto. c. j. liiij. diſt. Quid autem ſi de
facto ſine manumiſſione ordinetur. An ualeat
ordinatio in præiudicium domini? † de hoc latè 2
per Hoſti. in ſum. de ſer. non ordi. §. qualiter ſer-
uus poſſit ordi. & per ſcribentes in. c. de ſeruorũ
de ſer. non ordi. ubi diſtingunt communiter ca-
ſus. iiij. Quandoqꝫ enim quis ordinatur ſciente
& contradicente dño. Quandoqꝫ ecõtra ſciente
& non contradicente domino. Quandoqꝫ igno
rante domino: epiſcopo autem & præſentatore
ſciente. Quandoqꝫ ignorante domino, & epiſco
po, & præſentatore. Primo caſu remanet ſer-
uus & reſtituitur domino, & hoc quando nõ
ſit ſacerdos. Si autẽ factus eſſet ſacerdos: in hoc
ſunt opiniones. Illa ergo magis communis ſe-
cundum Anto. ꝙ tunc non reſtituatur: ſed aliter
per epiſcopũ ordinantem prouidebitur, ex quo
ad presbyteratum ordinatus eſt, cum reſtitutio
ne tamen, de qua infra. Secundo caſu conclu-



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



dendum eſt ſecundum omnes : quòd ſtatim effi-
citur liber.liiij.diſt.c. ſi ſeruus : & hoc indiſtin.
ſiue ad maiores,ſiue etiã ad minores ordines p-
moueatur : licet aliqui contra iñ hoc , & malè.
Tertio caſu,quando ignorante domino, epi-
ſcopo autem & pręſentatore ſciente concluden
dum,ſecundũ Ant.poſt Guil.in.d.c. de ſeruorũ,
ut efficiatˀ liber ipſe,& hoc ex diſpenſatione ec-
cleſiæ. Cum de iure dicendũ eſſet aliud ex quo
ſui furtũ facit.Epiſcopus autẽ & præſentator te
nentur domino dare,æquè bonũ.liiij.diſ.c.ſi ſer
uus,& erit hic ordo exactionis ſecundũ Hoſtiẽ.
quia primo dabitur actio contra ordinantẽ. Se-
cundo cõtra præſentatorem:uno tamen ſoluen-
te alius liberatˀ:ſecundũ eum ar.l.j.§.ſi plures.ff.
de eo p quẽ fac.eſt.Et ſi nõ haberet unde ſatiſfa-
ceret alio modo:debet tũc reſtitui dño. Quar-
to caſu,quando ignorante domino : ac etiã epi-
ſcopo,& pręſentatore.Diſtinguendũ eſt,qa aut
eſt ordinatus ad minores tantum: & deponitˀ ac
remanet ſeruus.lx.diſt.nulli,&.c. frequens. Si
ad diaconatũ dabit uicarium pro ſe ſi poteſt : ſi
nõ poteſt, reſtituitur ipſe.liiij.diſ.c.ex antiquis.
Et eodem priuilegio dicendũ eſt ſubdiaconum
gaudere.c.miramur,de ſer.nõ ordi. & ad.c.quia
multis,de æta.& quali. Si uerò ad ſacerdotium
ſe fecerit ordinari ſtatim quidem efficitur liber:
ſed multatur in amiſſione peculij ſi quid habet:
ſi non habet : ſeruiet domino in diuinis officijs.
3 liiij.diſ.c.frequens.† Addendũ tamen:quia præ-
dicta procedunt,quando ſeruus feciſſet ſe ordi-
nari ex facilitate:ita quòd nõ ex malicia:ſi enim
ex malicia & ex caliditate: debet tunc indiſtin-
ctè reſtitui domino etiam ad ſacros promotus:
tex.eſt in.d.c.de ſeruorum,&.liiij.diſt. de ſeruo.
& declarat ſe ille tex.ut quia corruptis teſtibus
uel conductis ad hos gradus eſt promotus.Tũc



tamen quando domino reſtituitur hoc modo,
dicunt Doctores , quòd non poteſt eum uende-
re:de quo.j.q.j.c.qui ſtudeat.Imò ſecundum In-
no.& Hoſti.†non licet domino in talem manus 4
uiolentas immittere:quaſi retineat priuilegium
canonis.ſi quis ſuaden.xvij.q.iiij.Non etiam iu
dicabitur à domino ſuo: ſed ab epiſcopo. xcvij.
diſt.c.ſi imperator,& in caſu quo dominus non
poſſit illi prouidere: tenetur eccleſia in neceſſa-
rijs ſecundum Hoſti.arg.c.ad ſupplica. de renũ.
& ſic uidetur ſecundum hoc quòd retineant iſti
priuilegium clericale : non ſolum quo ad cano-
nem illum ſi quis ſuadente:ſed etiam priuilegiũ
fori reliquis amiſſis.Sicut dicitur de coniugatis
in.c.Ioannes,de cler.coniug. Voluit tamen Ho
ſtien.quòd nec priuilegium fori debeant retine-
re iſti tales ſic reſtituti dominis , quare effician-
tur eius conditionis,cuius ante fuerant ante gra
dũ ex q̊ ceciderũt ex gradu.lx.di.c.nulli,&.c.ſe.
&.c.ex antiquis:dicẽdo quòd hoc tenere iuſtius
eſſet:& hoc nititur ipſe cõfirmare alijs iuribus,
reſpondendo contrario ut per eum:† illud tenen 5
dum quòd non poſſet talis ſeruus ſic ordinatus
ad ſacros contrahere amodo matrimonium: li-
cet reſtitutus domino propter uotum tacitum:
quod cenſetur feciſſe in ſuſceptione ordinum ſa
crorum:arg.de ſer.coniuga.c.quidam. Adden-
dum etiam , quia in caſibus in quibus dictum
eſt poſſe repeti ſeruum à domino intelligendum
eſt hoc, † dummodo infra annum repetatur à 6
tempore ſcientiæ domini:arg.xxij.q.ij. c.ſi quis
ingenuus,&.c. ſi ſeruus ſciente. liiij. diſtinct. &
hoc ſecundum Gof.Hoſtien.& Butri.ubi ſupra.
Qui refert opinionem Hoſti.tenentis quòd imò
tempus debeat incipere currere à tempore
promotionis : ſed, quod uerius eſt,à
tempore ſcientiæ.

Universidad de Deusto Biblioteca



## CAPVT V.

1 ☞ *Aſcriptitij nunquid ſeruorum ſubeãt conditionem, ut nolente domino poßint ordinari.*
*Libertus reclamante patrono ſacris initiari an poßit.*
2 *Seruus religionem ingreſſus an poßit per dominum reuocari, & intra quod tempus.*
3 *Serui quantumcunq; Deo ſacrati cur domino reſtituẽdi.*
4 *Conſecratio rerum inanimatarum in quo ſtet.*

ET hæc quæ dicta ſunt, tenendum eſt habe-
1 re locum in omni genere ſeruorum: † & ſic
etiam in aſcriptitijs: ſiue originarijs. Licet in illis uideatur poſſe dici ſpeciale: ut etiam contra uoluntatem domini poſſint ordinari. Ita tamen ut clerici facti impoſitam ſibi agriculturã adimpleant. Ita uidetur tex. in. c. ſi ſeruus, el ſecundo. liiij. diſt. Sed ut dicit Butrius in dicto. c. ſi. de ſer. non or. illud eſt correctum, ut ibi no. & ea. diſt. c. quæcunq;, &. c. admittuntur. Haberet etiam locum in libertis: in quibus patronus ſeruitiũ aliquod ſibi retinuit. liiij. diſt. c. quæcũq;. Ac etiam in obligatis publicis functionibus. c. ij. de obli. ad ratio. &. l. diſtin. c. frequens, &. c. ſi quis. Et an eadem hæc quæ dicta ſunt in ordi-
2 natis: † habeant locum in promotis ad religio-
nem: dicendum eſt quòd ſic: & multo fortius ſecundum Butri. in dicto. c. de ſeruorum, in. ij. col. uer. & ſecundum hoc. In uno ſolo eſt differẽtia: ſecundum eum. Quia ubi ad repetendum clericum ſæcularem datur annus tantum à tempore ſcientiæ, ut ſupra. Ad repetendum religioſum dantur tres. liiij. diſt. c. ſi ſeruus. Et ratio differentiæ redditur: quia monachi latent, clerici patẽt: & ſi multum diſtarent, deberet etiam dari prolixius tempus. xiij. q. ij. c. ſi quis incognitus. Ita



dicit ipſe Butrius in dicto. c. de ſeruorũ. uer. ultimus caſus. Vnum ſolũ dubiũ moueo: † quare 3
hoc ſit ꝙ ius permittat ſeruos quantũcunq; conſecratos reſtitui domino. Cum tamẽ in alijs rebus hoc prohibeatur: ut ex quo res conſtituta eſt, reddi non debeat: ſed preciũ eius dari: ut eſt tex. in. c. comperimus. xvj. q. ulti. Solu. duplex allegari poteſt ratio, una quæ ſumi poteſt ex. c. ad hęc. de religio. domi. Ne alias ſit in poteſtate ipſiuſmet ſerui dominum ſuum priuare, doloſè, maximè ex malitia ſua. Que ratio non cadit in alijs rebus maximè inanimatis. Cum in illis nõ cadat dolus, neq; malitia. Alia, & hæc eſt ratio
Hoſtien. & aliorum ſummiſtarum: † quia in re- 4
bus inanimatis quę ſolæ cõſecrantur, conſecratio ſtat in ſuperficie: & ideo ꝓhiberi debet à manu profana tractari. In homine uerò eſt in anima, quæ tangi non poteſt. xxxij. q. vij. licitè. Per quam rationẽ tenet ibi glo. ꝙ licet matrimoniũ totaliter diſſoluatur morte alterius ex uxoratis: adeò quòd ſi mortuus quis reſuſcitaret denuo, nõ recuperaret uxorem, niſi denuo rehaberet. Non ſic in ordine aliquo uel baptiſmo recepto: quia retinentur iſti: hoc ideo dicit glo. illa quia per baptiſmum copulatur immortale immortali uidelicet anima deo: per matrimonium uerò mortale mortali: quia corpus corpori: & hæc ſatis quo ad iſtum tertium requiſitum.

## CAPVT VI.

### REQVISITVM IIII.

☞ *Obligato ad ratiocinia utrum ante calculum ad ordines promoueri concedatur, & quando. nume. 3.* 1
*Fori mutatio an ſecum trahat lites ante inceptas.* 2

Universidad de Deusto Biblioteca

4 *Vſurariorum filij nunquid ante rationem redditam pro
mouendi.*
5 *Promiſſio iurata nũquid arceat à ſacris ante implemẽtũ.*
6 *Promiſſor qui religionem ingreditur, an & qualiter ad
promiſſa teneatur.*
7 *Spiritui ſancto nemo reſiſtere poteſt.*
8 *Religioſus ad regulæ obſeruationẽ ſemper aſtrictus.*
9 *Religionis ingreſſum retardans peſſimè conſulit.*

1 REquiritur & quarto: ꝙ nõ ſit talis† qui ſit
obligatus ad ratio. hoc eſt quãtũ ad ꝓpo-
ſitũ: ꝙ nõ ſit obligatus ad reddendũ ratio
nem adminiſtratorũ: quę geſſiſſet ex officio pu
blico uel priuato aliquo: tanquàm tutor, cura-
tor, uel negociorũ geſtor alicuius. Tenẽtur eñ
huiuſmodi perſonæ prius rationẽ reddere admi
niſtrationis, Nec ante poſſunt etiã ꝓmoueri: ut
habetur de obligatio. ad ratio. per totum: & ibi
per Hoſtiẽ. in ſum. illius titu. Circa quod dicen-
dũ & diſtinguendũ, an ſit talis qui adhuc exer-
ceat officium: uel adminiſtrationẽ. An uerò qui
in præteritum exercuerit nondum tamẽ reddita
ratione. Primo caſu nõ poſſit ꝓmoueri: donec
ſic gerit illã. xxj. q. iiij. c. j. & . ij. & extra ne cleri.
uel mona. c. j. & . c. ij. & . c. ſed nec procurationes:
niſi illam gereret pro perſona aliqua eccleſiaſti
ca uel ſeculari: ſed miſerabili, ut ſunt pupilli, ui-
duæ, & huiuſmodi: tunc enim poſſunt ſi aliud
nõ impediat. lxxxij. diſt. c. iudicamur. lxxxviij.
diſt. c. peruenit. & . xvj. q. j. monachi. Si autem
deſijt eſſe adminiſtrator, nõdum tamẽ reddidit
adminiſtrationẽ, & ſic ſecũdo caſu: tunc atten-
dendũ an tẽpore quo petit ſe promoueri: nulla
ſibi lis mota ſit uel eſſet: & poſſit ꝓmoueri: ni
ſi manifeſtũ ſit talẽ teneri de dolo: tunc eñ epi-



ſcopus deberet talẽ ex officio ſuo repellere: ſicut
& quẽlibet alium criminoſum ſiue infamẽ. ij. q. 4
vij. alicui. lxj. q. j. c. infames. & . ff. de poſtula. l.
quos prohibet. An uerò in ipſa promotione mo
ueatur quæſtio, uel ante mota ſit: & hic ſubdi-
ſtiguẽdum: quia aut quæſtio ei mouetur de do-
lo uel ante mota ſit, & nõ debet promoueri an-
te illam deciſam. lxxxj. diſtin. tãtis. xxiij. diſt. c.
illud, & de obli. ad ratio. c. j. decet tamen taxari
tempus, infra quod quęſtio decidatur, arg. c. la-
tor. qui fi. ſint legi. Si uerò quæſtio moueatur
uel mota ſit de culpa tantũ: talis poteſt promo-
ueri nõ obſtãte actoris reclamatione: tamen lis
poſtea procedet ſicut prius: & ſub eodẽ iudice,
arg. l. ubi cœptum. ff. de iudicijs. & . l. cũ quædã,
de iuriſ. om. iu. & quod no. per Butri. in. d. c. j. de
obli. ad ratio. † ubi glo. notabi. ꝙ ſi ſecularis 2
mota ſibi lite efficiatur de foro eccle. quia effi-
ciatur clericus, non proderit hæc mutatio fori
quo ad litẽ illã motã ut non teneatur corã eodẽ
iudice reſpondere, & eã finire. Et ideo infert ibi
Butri. ad quæſtionem illam diſputabilem. An
clericus accuſatus coram iudice ſeculari poſſit
poſtea effectus clericus damnari ab ipſo iudice
ſeculari. De qua latiſſimè ibi per eum, & in qua
refert opinio. viij. uarias: & ultimo ponit ſuam
per diſtinctionem caſuum: & de qua etiam latè
per Pet. de Ancha. in regula ea que lib. vj. &
per Bartol. in, l. j. ff. de pœnis, per Archid. xj. q. j.
c. j. per Bal. in. l. quædam puella. de iuriſdi. om.
iudi. per Dinum in. l. idem. Vlpianus. ff. de ad-
miniſtra. tuto. Et hoc in obligatis ad ratioci-
nia priuatæ alicui perſonæ†: in obligatis uerò 3
Reipublicæ ex adminiſtratione quam geſſiſſet
ex officio aliquo. Tenendũ eſt indiſtincte, ut de
iure non poſſint promoueri ante redditã ratio-
nem: ſiue ſit mota lis: ſiue nõ. c. pręterea. lj. diſt.

Universidad de Deusto Biblioteca



l.officiales.C.de epi.& cle.Non ſic ſi alia ratio-
ne quàm adminiſtrationis ſint Reipublicæ de-
bitores.l.quiſquis emerſis.C.de epi.& cleri.De
quo plenius per Hoſtiẽ.in ſum. in titu.de oblig.
ad ratio.§.quis obligatus.in prin.ubi ponit etiã
4 † quid de filijs uſurariorum:& arguit ꝙ nõ ſint
promouẽdi ante redditã rationẽ:arg. l.humilẽ.
C.de inceſt.nup.Limitando tamen hoc uerũ eo
caſu,ꝙ filius ſuccederet in uitium. Secus ſi repu
diet hęreditatem:uel clamores eius emẽdet. c.j.
de uſuris.&.j.q.iiij.c.ergo. Ibi etiã ponit no-
5 tabilem quæſtionem † quid de eo qui ſe obli-
gaſſet ex alia cauſa ad aliquid faciendũ uel dan
dum, & ad illud ſe obligaſſet ſub uinculo iura-
menti:& cõcludit,ut nõ propter hoc prohibea-
tur ordinari imò poterit.Nõ enim iuramentum
uiolat,qui illud cõmutat in melius. c.peruenit.
de iureiurã.ſed remanebit obligatus ſicut ante:
& tenebitur poſt clericatũ adimplere promiſ-
ſionem.Non obſtante.liij.diſtin.c.legem,& di-
ſtin.liiij.c.quicũq;:quia illi canones intelligũt
à perpetuo obligatis : puta de ſeruis curialibus,
& huiuſmodi: & hoc uerũ niſi fortè ſe obligaſ-
ſet ad indecẽtia aliqua:puta quia iuraſſet mini-
ſtrare in tabernis, uel purgare cloacas : uel alia
ſimilia indecentia penitus clericis: quia tũc nõ
debet ordinari donec ſatisfecerit:uel aliũ æquè
idoneũ poſuerit loco ſui ad illud tale:quod po-
teſt niſi ad illud fuiſſet electa induſtria perſonę:
uel iuraſſet in propria perſona ſeruire: ſecũdum
Hoſtien. ibi in.d.§.quis obligatus. Sed pul-
chrius dubiũ eſt,de quo ſubſequẽter per eũdem
6 ibi.†Quid in tranſeunte ad monaſterium uel ad
religionẽ: qui ſimiliter obligatus eſſet ſub uin-
culo iuramenti ad aliquid faciẽdum:an ſit reci-
piendus ante ſatisfactionem.In quo concludit
ipſe abſolutè ꝙ ſic;ſed monaſterium ſatisfacere



tenetur, de his quæ contulit ipſe monaſterio.
xix.q.iiij.c.ſi qua mulier.l.deo nobis.C. de epi-
ſco. & cleri. adde uel etiam de his quæ poſt in-
greſſum religionis perueniſſent ad monaſteriũ
occaſione eius:puta per ſucceſſionem hæredita
riam uel donationem,argu.c.ſi qua mulier.xix.
q.iiij.ſatisfaciẽdo illis iuxta facultatem ſuam.
Si modo hoc faciat ex charitatis feruore & ſpi-
ritus ſancti inſpiratione, non autem ex leuitate
uel uoluntate ſe ſubtrahendi à debito per uiam
illam:non enim dici nec imputari poteſt,ꝙ hoc
faciat in iniuriã creditorum: qui ſpiritus ſancti
autoritate ductus:hoc facit†:cui ſpiritui ſancto 7
reſiſtere nemo poteſt.x.q.ij. c.duo ſunt,& in.c.
licet de regula.hæc ille,ibi cõcor.Inno.& Tho.
ſecũda ſecũdæ.q.ulti.Pro pleniori tamen ueri-
tate huius dubij uideantur doctores:& maximè
Butrius ibi in.d.c.j.de obliga.ad ratio. qui Bu-
tri.in penulti.colũ.in uer.& hæc faciũt, format
q.in terminis, quam.q. mouet glo.ordi. in.d.c.
præterea. lj.diſtin. & pro eius quæſtionis ſolu-
tione refert ipſe tres opinio. & ultimo opinionẽ
Hoſtien.illã:ſcilicet de qua ſupra ut diſtingua-
tur,& attendatur quo animo intrare uelit:an in
fraudem,an uerò bono zelo.Hoc addito ut etiã
quando zelo intrare uellet,ſit paratus ſatisface
re iuxta poſſibilitatem in eo quod poterit ſic in
religione exiſtẽs:ſalua regula & officio non ne-
glecto,arg.c.cleri.lj.diſt.ut ſi ſit obligatus ſcri-
bere ſcribat:uel aliud opus honeſtum facere fa-
ciat,quod poſſit ſalua ut ſupra. Deductis tamẽ
ſecundum aliquos expenſis, quas recipit à mo-
naſterio ne ſit oneroſus ei. xvj.q.vij.c.de lapſis.
Licet ſecũdum alios nõ ſit neceſſe: quos ſequi-
tur Hoſtiẽ. in ſum.ſua eo.titu.§. penulti.in fine:
ubi latius de hoc illa ratione:quia ex quo alta-
ri ſeruit, de altari uiuere debet. xij.q.j.c. ex his-

Universidad de Deusto Biblioteca



& hoc dicit honeſti.dum tamen nõ impediatur
in aliquo, ut prædictum eſt ab obſeruantia re=
8 gulari, id eſt ab obſequijs regulæ: † quibus eſt
aſtrictus ſemper: de quo in ſum.confeſ.lib.iij.ti=
tu.xvj.q.v.Concludit tamen tutius, ꝙ antequã
ingrediatur, adimpleat promiſſum: ut conſulit
tex,in.c.cõmiſſum.de ſpõ. qui tex. eſt bonus ad
hoc propoſitum cum his quæ ibi per docto. &
xx.q.iiij.§.fi.Addit etiã ꝙ ubi ingreſſus eſſet, ſi
poſſet hoc explere per ſubſtitutũ,quia non eſſet
electa induſtria perſonæ. arg.c.fi. de offi.deleg.
uel cõtentaretur ille idẽ cui obligatus eſſet,ſuffi
ceret tunc ſeruitium expleret per alium ſecundũ
Gof. Addendũ tamen inquãtum uult Hoſt.ꝙ
tutius ſit.ꝙ prius impleat ꝙ promiſit, arg.c.de=
bitores.de iureiurã.&.d.c.cõmiſſum.Hoc enim
9 cõſilium nõ uidetur bonũ:† per quod ingreſſus
religionis habeat retardari. Nec obſt. ꝙ habe=
tur in.c. debitores. quia ibi non inducitur ali=
quod impedimentum uel retardatio boni. Non
obſt. etiã.c.commiſſum, de ſpon.quia ſimiliter
reſpõdetur,cũ ibi per cõtractum matrimonium
non retardet ingreſſus religionis, & hoc ſecun=
dum glo. Ray.& quod habetur in ſum. confeſ.
eo.titu.q.xj. ubi de hoc. De hoc etiã per Specu.
in titu.de ſtatu mona.§.j.uer.xix.ubi hæc recitã
tur,& ibi de doctore qui ſe obligauit ad legen=
dum & ſimilibus quæſtio.

## CAPVT VII.

## REQVISITVM V.

1 ☞ *Curialis an & quãdo ad ordines admittẽdus.*
2 *Hiſtrionicã exercentes num à ſacris ordinibus repellẽdi.*
3 *Officiales fori ſecularis cur ab ordinibus arcendi.*



REquiritur quinto ꝙ † non ſit curialis ille 1
qui appetit ordinari: hoc eſt talis qui qua
cunq; conditione uel cauſa ſit obligatus
curiæ alicuius publicę poteſtatis: ut habetur de
hoc.lj. diſt.&.liij. diſt. per totũ. Omnes eñ cu=
riales huiuſmodi indiſtinctè prohibẽtur ordina
ri,ſecundũ Ray. niſi prius ſint abſoluti à curia,
ut ibi.Sed poſtquam ſunt abſoluti non ſunt ad=
mittẽdi indiſtinctè,ſed cũ diſtinctione.† An ta= 2
les qui exercuerint ſęua,ut officiales uel milites
qui ſanguinem humanum effuderũt: ſiue turpia
& inhoneſta ut hiſtriones, & non poſſint pro=
moueri.lj.diſtinctio. c.j.&.iij.&.xcvj. diſtinct.
clericus. uerb. clericus, & de conſacrandis pro
dilectione. Si uerò honeſta officia exercuerint:
ut iudices,aduocati,tabelliones: & huiuſmodi
in cauſa ciuili ſeu pecuniaria admittuntur. c.
oſius.lxj.diſt. Si in cauſa ſanguinis repelluntur
tanquã irregulares. Redditur autẽ triplex ra=
tio,† quare ſic prohibeantur iſti curiales puta: 3
quia multi ex prędictis & frequenter irregulari=
tatẽ cõtrahunt ex offtcio ſuo.Secũdo,quia tales
quandoq; repetuntur: & ſic eccleſia perturba=
tur. Tertio,quia pręſumitur contra eos, ꝙ non
tranſierint ad clericatũ uoto religionis. Sed ut
fugiant rationes dominorum ſuorum : ut habe=
tur.lj.diſt.c.j.&.ij.&.liij.diſtin.c.j. & hoc ſecun
dum Hoſtien.poſt alios ſummiſtas,

## CAPVT VIII.

## REQVISITVM VI.

☞ *Vxoratis ordines inire non datur.* 1
*Ordinatio uxorati an dirimat matrimonium, & illius* 2
*effectum.*

Universidad de Deusto Biblioteca



3 *Ordinis ſuſcepti á coniugato effectus.*
4 *Papa qui comperitur prius duxiſſe uxorem, an poßit*
*ab illa repeti.*
5 *Caſus quo Papa poteſt uxorem habere legitimam.*

1 SExto requiritur† ꝙ non ſit alligatus uincu-
lo matrimoniali, nec alio uinculo incompa
tibili cũ uinculo ordinis clericalis: nõ enim
poteſt uxoratus dicta ratione: uidelicet incõpa
tibilitatis ad ſacros ordines promoueri. c. con-
iugatus. de cõuer. cõiug. imò nec ad minores, ut
tex. notãdus & ſingularis in. c. ulti. de tempo. or
di. lib. vj. imponens pœnam ordinantibus, tales
ſunt em̃ ipſo iure ſuſpenſi à collatione: ut eſt ibi
2 tex. quod bene nota. Sed hic ſtat dubiũ† quid
ſi de facto ille qui uxorẽ habet faciat ſe ordina-
ri ad ſacros. an ualeat ordinatio quoad effectũ
dirimendi matrimonium & eius effectũ: & bre-
uiter ſolutio eſt ꝙ nõ: quia licet ſacer ordo prę-
cedens contractum matrimonij dirimat illud.
Si tamen ordo ſequatur matrimonium iam con
tractum, ut quia dum ſic eſt cõiugatus: accipiat
ordinem ſacrum de facto, non propter hoc diri-
mitur matrimonium ipſum: unde hoc habetur
hodie cautũ in quadã extrauagãti Ioãnis. xxij.
Operatur tamen ſuſceptio huiuſmodi ordi-
nis ſacri à coniugato: ut ſi facta fuerit ſciẽte uxo
3 re & conſentiẽte:† teneatur uterq; tam maritus
ordinatus quàm uxor eius ad continentiam: ita
ꝙ etiam poſt mortem mariti non poterit illa cõ
trahere cum alio, nec econtra ipſe maritus poſt
mortem uxoris. Cenſetur enim illa tacite fuiſſe
profeſſa cõtinentiam ſimul cũ uiro: & ſit uterq;
profeſſus. Et hoc quãdo ſciente ut dixi & cõſen
tiente uxore. Si autem inuita uel ſciẽte quidem
factũ ſed ius ignorãte in hoc, ipſo tamẽ marito
ſciente



ſciente ius: debet maritus talis cogi ad ingre-
diendam religionem. Si nondum eſt conſumma
tum matrimonium, ut ſic illa poſſit conttahere
cum alio. Et ſi ad hoc induci uel cogi de facto
non poteſt, uel conſummatum eſſet matrimo-
nium, debet iſte exutus beneficio clericali reſti-
tui uxori: etiam ſi eſſet Epiſcopus conſecratus:
uel etiam ſi effectus eſſet Papa: ut eſt glo. de hoc
unica & ſingularis in. c. ſi quis pecunia, uel gra-
tia. lxxix. diſt. c. ibi enim ponens. q. Pone inquit
glo.† quòd dum uxor tua creditur mortua elige 4
ris in Papam & conſecraris, uxor autem illa ſu-
perueniat & te repetat: an es ei reddendus: &
quid ſi negas eam uxorem tuam eſſe apud quẽ
cognoſcetur. Reſponde dicit gloſſ. ſi reuocetur
in dubium, non eſt cogendus ſtare in iudicio co
ram aliquo: imò excipere poteſt. Dominus eſt
qui me iudicat. ix. q. iij. aliorum. Si autem certũ
eſt tenetur reddere debitum, niſi mulier adduci
poſſet ad continentiam ſeruandam, uel ille ad
renunciandum papatui: & ſatisfaciet ſecũdum
Ber. & Lau. hæc ibi in glo. illa: ex quibus patet
ſi uera ſunt, ꝙ eſt dare caſum in quo Papa po-
teſt habere uxorem legitimam, & ſic in quo eſt
dare papiſſam, hoc eſt uxorem Papæ. Ego ta-
men dubito ſuper ueritate glo. iſti.† niſi reſtrin- 5
gamus dictum eius: eo caſu quo uxor iuſta &
probabili credulitate putabatᷣ mortua ab om-
nibus: & ita etiam ab ipſo. Item & cum hoc
quòd ipſa ignorauerit illum quem ſciebat ſibi
maritum eligi & creari in Papam: uel ſi ſciuit,
contradixit expreſſè. Aliàs ſi conſentiente crea-
tus fuiſſet: non poſſet eum repetere, quaſi tacitè
profeſſa continentiam per prædicta. Et idem ſi
non conſenſiſſet expreſſè tacitè tamen, ut quia
ſciuit & nõ contradixit cum poſſet. Ad hoc al-
lego tex. cum gloſ. in. c. qui uxorem. xxxiij. q. v.

Universidad de Deusto Biblioteca



ubi gloſſ. de illa quæ cum ſciat maritum uelle intrare religionem, permittit & non contradicit: ut ex hoc uideatur tacitè conſentire: & data ſibi tacita licentia: & per conſequens & ipſa tacitè uouiſſe continentiã, licet de hoc ſint opiniones ut in gloſ. illa. Itẽ ſecus fortè etiam, ſi ipſe ſciuiſſet uel non probabiliter ignoraſſet: tunc enim fortè poſſet dici quòd teneretur renunciare papatui, ſi non poſſet illa induci ad continentiam, & aliter abhorreret commiſceri ei.

## CAPVT IX.

1 ☞ *Monachus in Papam electus an teneatur abbati cum repetenti parêre.*

2 *Exceptio qualis electo in Papam opponi poßit.*

3 *Monachus quibus rebus non habeatur pro mortuo.*

4 *Decurionatus filium eximit à patria poteſtate.*

5 *Continentia in ſacerdotibus an ſit de ſubſtantia ordinis, an de iure diuino.*

AD hoc in argumentum allego glo. aliam ſingularem in ſimili in. c. quam ſit. xviij.
1 q. ij. Dum ponit illa gloſſ. q. † de monacho electo in Papam: inuito & contradicente abbate: ut ſi repetat eum teneatur obedire, & redire ad monaſterium: & quòd ipſemet Papa erit ille qui ſeipſum compellet. Quia cum teneatur facere iuſtitiam de alijs: multo fortius de ſeipſo: arg. l. altius. ff. ſi ſer. uen. Contra iuſtitiam enim & ius facit ſciendo ſe habere uxorem conſentire electioni: niſi reſponderetur negando dictum gloſſ. illius tanquàm falſum, & quod reprobatur alibi per Pet. de Ancha. in clemen. ſi. de elec.



in ſecundo notabili, & Cardi. ibidem in. ij. q. & in. c. licet, eo. titu. & per Ioan. de Imola, in dicta
clemen. ſi. illa potiſſima ratione: † quia electo in 2
Papam à duabus partibus: nulla poteſt opponi exceptio, niſi hæreſis: ut dicit glo. illa notabi. in c. ſi propter. xl. diſ. & ad rationẽ dicti illius glo. ꝗ cum monachus non dicatur habere uelle nec nole eo. titu. de elec. ſi religioſus lib. vj. Reſpondent illi quòd illud eſt per fictionem nam conſenſum naturalem habet uere: patet in. c. unico, de ſpon. lib. vj. Non ergo cum proueniat à natura, poteſt fingi ſublatus: probo à ſimili. Nam licet dicatur quòd habetur pro mortuo monachus ipſe. c. non dicatis. xij. q. j. cum ſimilibus.
† Non tamen hoc poteſt dici quo ad comeden- 3
dum cum comedat ſicut alij uiui. Et idem quo ad alios actus naturales ad hoc autẽ. idemq;. C. de bo. quæ libe. & facit regula quod attinet: libro vj. Et pro hoc etiam quia ex electione ad tantam dignitatem cenſeri debet liberatus à poteſtate abbatis. Sicut dicitur de filiofamiliàs ut
liberetur à patria poteſtate, † ex hoc quòd ad di- 4
gnitatem decurionatus electus eſt. l. ſi. C. de decurio. libro decimo. & inſti. quibus modis ius patriæ poteſta. ſol. §. filius. Si tamẽ uellemus ſubtilizare paſſum iſtũ, adhuc magis pro curioſis poſſemus conſiderare, & dicere: ꝗ reſpõſio iſta & ratio iſta conſenſus naturalis, ut non poſſit fingi ſublatus, non concludit in caſu noſtro. In quo iſte per conſenſum ſuum expreſſum præcedentem erat iam obligatus uxori: & ita obligatus, ut non poſſet amodo diſſolui ex conſenſu utriuſque. Verum eſt ergo dicere, quòd iſte remanſit maritus ſuus, cum uinculum matrimonij ex quo ſemel contractũ, indiſſolubile ſit hactenus, ut not. in rubri. de ſpon. ſi ſint. Remanet ergo maritus ſuus ſicut prius: unde neceſſarium

Universidad de Deusto
Biblioteca



eſt dicere, quòd uel teneatur redire ad uxorem:
& propter hoc renunciate papatui, quaſi incō-
patibili cum ſtatu matrimoniali propter taci-
tum uotum continentie, quo cenſetur neceſſa-
rio feciſſe ex hoc quòd acceptauit papatum: niſi
diceres tu negando hoc quòd ſit hoc incompa-
tibile: ita quòd non poſſit tolli uel diſſolui per
ipſum Papam, quia eſt ſupra ius. c. propoſuit,
de conceſ. præben. cum ſimilibus. Et tunc eſſet
5 incidere in illā. q. † An continentia in ſacerdoti
bus ſit de ſubſtantia ordinis, uel de iure diuino:
de quo in. c. placet, de conuer. coniug. per Inno.
& in rubri. qui cleri. uel uouen. per ſcribentes: &
de quo per Abba. in. c. cum olim, de cleri. con-
iuga. Vbi Abbas diſputando hoc concludit ꝙ
non: & de quo infra aliquid in ſecunda parte hu
ius. ij. in. ij. requiſito.

## CAPVT X.

1 ☞ *Vxoratorum ordines recipientium pœna.*
2 *Ordinatorum ad ſacra qui poßint uxorem ducere.*
3 *Ordo ſacer uotum ſolenne ſecum ducit.*
*Sponſalia de præſenti per ordinis ſacri ſuſceptionē nun quid ſublata.*
4 *Græcus utitur matrimonio ante ordines contracto.*
5 *Differentia qualis inter ſacerdotes orientis & occidētis.*

ALiud etiam unum non omitto, in quan-
tum dictum eſt ſupra de faciente ſe ordi-
dinari in ſacris inſcia uel contradicente
1 uxore: nam ultra hoc quod dicitur peccare mor
taliter, ut habetur in ſum. confeſ. lib. j. c. viij. q.
lxix. Incurrit etiam excommunicationem ipſo
iure clemen. j. de ſpōſa. & uitari debet & publi-



cari, ut ibi. Non etiam poſſunt petere debitum:
licet reddetur ſic ſi exigatur. Plus dico, & fuit
dictum Pe. ut nota. in dicta ſum. confeſ. quòd te
netur talis portare tonſuram: & habitum cleri-
calem: ſi ſine ſcandalo uxoris hoc fieri poteſt.
Ex quo infero ego coniunctis prædictis omni-
bus: quòd talis faciens ſe ordinari: licet non de-
beat, & peccet ut ſupra, recipit tamen characte-
rem ueri ordinis: licet non executionem eius.
Addendum etiam & aduertendum quia præ-
dicta procedunt in eo: qui poſtquàm contraxe-
rit matrimonium: & ſic uxoratus fuerit: fecit ſe
promoueri ad ordines. † Quid autem econtra in 2
eo: qui poſt promotionem ad ordines uellet ca-
pere uxorem, an poſſit? Solu. Diſtinguendum
inter promotum ad ordines minores tantum, &
ad ſacros. Primo caſu licitè poteſt contrahe-
re, niſi ſit religioſus, uel aliàs profeſſus tacitè uel
expreſſè. Si tamen talis habet beneficium eccle-
ſiaſticum, eo ipſo perdit illud: ut habetur in. c. j.
&. ij. de cleri. coniuga. Et ibi habetur nunquid
perdat eo ipſo, quòd eſt contractum per uer-
ba de præſenti aliter non conſummato matri-
monio. an uerò prius conſummato. Secundo
caſu, uidelicet in promoto ad ſacros & talis nō
poſſit. † Ordo enim ſacer habet implicitum uo- 3
tum ſolenne conſtitutione eccleſiæ: & ideo exi-
ſtens in ſacris, ſi contrahat matrimoniū eſt nul-
lum. xxxij. diſ. c. ſi quis eorum, &. c. erubeſcant.
Ad hoc bonus tex. & ibi gloſ. Ioan. Andr. ordi-
naria quæ omnino uideatur in. c. unico, de de-
ſpon. impub. libro vj. in glo. ibi. iij. quæ tenet,
quòd etiam per ſuſceptionem ſacri ordinis non
ſoluantᷣ ſponſalia de præſenti ante conſumma-
tum matrimonium: multo ergo minus ſoluitur
matrimonium iam conſummatum per ipſam
ſacrarum ordinum ſuſceptionem: quæ de facto

Universidad de Deusto Biblioteca

4 ſieret:†adeò quòd nec etiam Græco licitum ſit in ſacris iam conſtituto contrahere matrimonium. Dato quòd poſſit uti matrimonio quod prius contraxerat antequàm promoueretur ad ſacros:ut habetur & notatur in.c. cum olim, de cleri.coniug.& in.c.quæſitum,de pœ.& remiſſ.

In hoc enim eſt differentia inter orientales
5 presbyteros & nos occidentales:†quia illi poſſunt uti matrimonio contracto antequàm promouerentur ad ſacros:nec dicuntur uenire contra prohibitiones canonū in hoc & uotum abſtinentię. Cum nunquàm reperiantur admiſiſſe eos uel illud. Nos autem occidentales minimè, qui recepimus dictam prohibitionem & dictum tacitum uotum: ut notatur in præallegatis iuribus, & per Hoſtien. in ſumma, de cleric. coniuga.§.j.

## CAPVT XI.

### REQVISITVM VII.

1 ☞ *Bigamus utrum ordinum ſuſcipiendorum ſit capax.*
*Bigamia multiplex.*
2 *Vxorem alterius ducens quando non efficiatur bigamus.*
3 *Bigamus nunquid cenſendus qui ducit, quam prius deflorauerat.*
4 *Gloſſarum autoritas magna.*
5 *Bigamos non poſſe ordinari cur ſtatutum.*
*Bigamia ex fœmina labem ducit.*
6 *Bigamus ordinatus an recipiat characterem, & poßit illi diſpenſari, & per quos.*
7 *Opinio doctorum communis inſequenda.*
8 *Irregularitas eſt iuris poſitiui.*



REquiritur ſeptimo, ꝙ †non ſit bigamus. 1
Circa quod ſciendū ꝙ multis modis contrahitur bigamia: & quidē ſeptem diuerſis, quantū ad hunc effectū. Primus, cùm quis ſucceſſiuè & diuerſis temporibus duas legitimas habuit uxores:& utraſq; cognouit.xxj.q.j.c.aperiant. Adde etiam ſi unam habuiſſet ante baptiſmum: aliam uerò poſt:uel utranque ante xxxiiij.diſt.c.is qui uiduam,&.xxvj.diſt. per totum,& hic propriè & diſcretè appellatur bigamus. Secundus, quando diuerſis temporibus habuit plures:ſed non legitimas: quia unam de iure,aliam de factò,& utranq; cognouit.c.nup, de biga.Hic enim reputatur bigamus non propter ſacramenti defectum: ſed propter intentionis affectum cū opere ſubſecuto, ut ibi dicitur.

Tertius quando ſimiliter habuiſſet quis plures,& eodem tempore illas cognouiſſet.d.c.nuper, uel corruptam de facto. c.à nobis.eod. titu.

Quartus,quando contraxit quis cum uidua, hoc eſt ab altero marito cognita.xxxij.diſ. c.feriatim,&.xxx.diſt.maritum.† Secus autem ſi re- 2
licta fuiſſet uirgo.xxxiiij.di.c.ſi. Quintus, qñ cōtraxit cū corrupta à quocūq; alio,ſiue cōtrahat ſcienter,ſiue ignoranter,& eā cognoſcat, di. xxxiiij.c.mirandū,&.c.præcipimus: quid autē ſi cū cognita à ſeipſo prius, de hoc ſtatim infra.

Sextus,qñ uxorē propriam cognoſcit ſciēter uel ignoranter, poſtq; cognita eſt ab alio, diſt. xxxiiij.c.ſi cuius,&.c.ſe.imò etiā ſi coactus quodam modo cognoſceret: ut quia uir accuſaſſet uxorē de adulterio, & pendente accuſatione ad præceptū eccleſiæ redderet debitū ſecundū opi. magis communē maximè Theologorū. Septimus,qñ aliquis in ordine ſacro conſtitutus, uel poſt profeſſionem in religione de facto contrahit cum corrupta,eod.titu.c. à nobis, &. xxvij.

Universidad de Deusto Biblioteca

3 q.j.c.quotquot. Quid autem† de eo qui deflo-
rauit uirginem, & poſteà eam in uxorem duxit:
an cenſeatur iſte bigamus quo ad effectum, ut
repellatur ab ordinibus: ſunt opiniones. Aliqui
enim tenent quòd non ſit bigamus. Iſta potiſ-
ſima ratione: quia uerum eſt dicere, illum non
diuiſiſſe carnem ſuam in plures: nec etiam illam
dicto.c.debitum, & ad iura quæ uidentur requi-
rere, quòd ſit uirgo tempore quo contrahitur
matrimonium.xxx.q.v.c.qualis. Reſpondetur,
quòd debet eſſe uirgo, id eſt, ab alio non cogni-
ta: & iſta uidetur magis communis: quia eam
tenet gloſſator Bernardus in.c.ſecundo, de cle-
ri.coniuga.& in.c.debitum, de biga.& in.c. in-
notuit, de elect. Tenet etiam gloſſator Decreti
in.c.qualis.xxx.q.v.& in.c.nemo.xxxij. diſtin.
& idem gloſſ.Ioan.Andre.in.c.unico, eodem ti
tu.libro vj. Tenet etiam Ioannes de Lignano,
& ſequitur Abbas in dicto.c.ſecundo, tanquàm
ęquiorem & etiam ibi Ioannes de Imola, quàm
4 dicit ſeruandam in practica† propter autori-
tatem gloſſarum quæ magna eſt: & quæ uide-
tur etiam de mente beati Thomæ, Richar. Vul.
Petri, & plurium Theologorum. Licet contra-
riam opinionem multi econtra teneant: inter
quos, Hugo. Goffre. Hoſtien. Petr. de Ancha. ac
etiam Cardi. in dicto.c.ſecundo, licet idem in.c.
tanta, qui filij ſint legitimi, tenent primam. De
qua quæſtione & eius motiuis ad utranq; partē
uidendis per Doctores in dictis iuribus: maxi-
mè uerò in dicto.c.ſecūdo, & in dicto.c.debitū.
5 Ratio † autem quare introductum ſit, ut bi-
gamus non poſſit promoueri, triplex allegatur:
una propter defectum ſacramenti, uidelicet uni
tatis ipſius: quia non eſſet unitus, ex quo diuiſit
carnem ſuam in plures. xxvj. diſt. c. acutius, &
d.c.debitum, ubi uide extenſè magis & ſubtili-



ter ualde declaratam cauſam iſtam. Secūdā eſt,
propter dignitatē ordinum.xxvj.diſt.una, &.c.
ulti. Tertia, propter ſignū incōtinentiæ.lxxxij.
diſt. c. propoſuiſti. Quomodo em̄ erit hortator
uiduitatis, qui ipſa coniugia frequētauit: ut ibi
dicitur. Et item de ratione quare ad inducēdam
bigamiā plus ponderetur incōtinentia & inte-
gritas carnis per reſpectum ad mulierem, quàm
ad uirum: quia ſi uir ante matrimoniū uel poſt
tenuiſſet concubinā non eſt bigamus: dum mo-
do contrahat cum uirgine: ut eſt tex.in.c.frater-
nitatis.xxxiiij.diſtin. Tres adducūtur alię ra-
tiones cōiter, de quibus in.d.c. debitum, de bi-
ga.per Butri. in antepenultima. q.ibi uideatur.
Quid etiā† ſi de facto promoueatur bigamus: 6
an recipiat characterē: & an epiſcopus poſſit cū
eo diſpenſare: uel an papa ſaltem. De his etiā tri
bus ibi per eum. Qui quantum ad primū cōclu-
dit, ꝙ ſic ad quęcunq; ordinē ordinetur.l.diſt.c.
quicūq;, &.c.penitens. Quod dicit tenere Hoſt.
in ſum. illius titu.§.ſi.licet ſubdat Butri. ibi nō
gaudere priuilegio clericali per.c.unicū.eod.ti.
lib.vj. Quātum ad ſecundū, ſunt opiniones ua-
riæ: de quibus ibi per eū. Ipſe tenet, ꝙ nō poſſit
epiſcopus diſpenſare: etiā ſi uellet quis ad mino
res tātum promoueri: & hoc maximè probatur
per tex. in.c.j.eo.ti.lib.vj. Quātum † ad aliud 7
de papa, an ipſe poſſit: licet ſimiliter ſint opi-
nio.illa tamē uidetur tenēda: quam ſequitur ibi
Butri, & appellat cōmunem: & quā inter alios
tenet Ioan. gloſator in.c.lector. xxxiiij.diſt. &
in.c.de illo.xxxij.diſt.& tenet etiā beatus Tho.
iiij.diſt.xxvij.ubi ꝙ poſſit. Illa potiſſima ratio-
ne, quia non eſt de ſubſtātia ordinis, ꝙ recipiēs
illos non ſit bigamus: patet quia ut ſupra dictū
eſt, ſi de facto recipiatur à bigamo, contrahitur
character, & recipitur uerus ordo. Eſt ergo hoc

Universidad de Deusto Biblioteca

prohibitū de iure poſitiuo: tamē contrà ꝙ papa
poteſt. c. per uenerabilē. qui fi. ſint legi. &. c. pro
3 poſuit. de cōceſ. prębē. Eſt em̄ † omnis irregulari
tas de iure poſitiuo: ut no. Inno. in. c. ſi celebrat,
de cle. excō. mini. & in. c. niſi. §. perſonę. de renū.
De his tamē uidendū latius in. d. c. ij. per pręalle
gatū doc. ibi, & in. c. nuper. de biga. per Spec. po
nē. in titu. de lega. §. nūc breuiter, in ultima col.

Vnū poſtremò nō omitto, ꝙ bigami omnino
priuilegio clericali ſunt nudati: & ſunt penitus
de foro ſeculari: nō obſtāte cōtraria conſuetudi
ne. Nec eſt permittendū ut tonſurā deferant, uel
habitum clericalem etiam ſi uellēt: imò ſub pe=
na excōmunicationis inhibitum eſt eis ne defe=
rant. tex. eſt hodie de hoc clarus & apertus in. c.
unico. eod. titu. de biga. lib. vj.

## CAPVT XII.

### REQVISITVM VIII.

1 ☞ *Neophytus quis ſit, & an ſuſcipiendorum ordinū ſit capax.*

2 *Neophytorum ſuperbia.*

3 *Religioſus nōdum profeſſus an ſuſcipiēdus ad ordines.*

** Νέος nouus φυτόν planta, quaſi nouū germen.*

1 REquiritur octauo † ꝙ non ſit neophytus:
hoc eſt nouellus in fide uel religione, qui
uult ordinari: ut habetur. xlviij. diſt. per
totum, & ratio prohibitionis redditur per Gra=
tia. in pręalleg. diſtin. §. j. Ne uidelicet ſecūdum
Apoſtolum elatus ille in ſuperbiā, tāquàm reli=
gio illo plurimū indigeat, incidat in ſuperbiam
& ruinam diaboli: in quam dicuntur hi incide=
2 re. † qui in pūcto horę nōdum diſcipuli cupiunt
effici magiſtri. Cū ut inquit Inno. miſerū ſit eū
effici magiſtrū, qui nōdū nouit eſſe diſcipulus.



Momētaneus enim ſacerdos neſcit humilitatē,
neſcit perſonarū modos, neſcit ſe contēnere: nō
enim ieiunauit, non fleuit, non ſeipſum correxit
prius, nō pauperibus erogauit: hęc ibi. Et ideo
cautū eſt, ut nō ſtatim quo quis receptus eſt ad
religionē, † promoueatur in ea ad ordines: imò 3
iure cautū habetur, ut nō tonſurētur aliquo mo
do nec tōſurari debeāt: niſi priuſquàm bienniū
in cōuerſatione cōpleuerint: ut hoc ſpatio uita,
moresq́ʒ eorū cōprobari poſſint ne quis eorum,
aut nō ſit cōtentus quod uoluit aut ratū nō ha=
beat, quod elegit. Ita eſt tex. in. c. monaſterijs.
xix. q. iij. Licet ſecundum Guiel. quem ſequitur
Hoſtiē. non uideatur neceſſaria expectatio illa
bienij. Sed poſſit imò tonſurari ſtatim quo ſunt
recepti ad profeſſionem legitimè, & ſic habiti
tacite pro probatis.

## CAPVT XIII.

### REQVISITVM IX.

☞ *Sacramentum bis ſuſcipiens an poßit poſtmodum ordinari maxime cum diſpenſatione.* 1

*Baptizatus nō rite, ſi ordinetur, an recipiat characterē.* 2

*Sacerdos non baptizatus baptizatum ſe credens, an cenſendus de numero catholicorum.* 3

*Baptizari uolens in mortis articulo & nō habet baptizatorem, an referēdus in numerum chriſtianorum.* 4

*Baptiſmū qui diſtulit an ad ordines admittendus.* 5

REquiritur nono † ꝙ non ſit talis, qui ſa= 1
cramentum baptiſmi uel cōfirmationis
uel aliud quod habeat characterem im=
primere bis fortè recepiſſet: ad hoc confirman=
dum, l. diſtinctio, & de conſecra. diſtinctio. v.

Universidad de Deusto Biblioteca

c.idem.& poſt.q.j.c.quidam. Tales enim abſqꝫ diſpẽſatione papali non poſſunt promoueri: niſi ignoranter ſic fuiſſet cõmiſſum. Secus enim ſi ignorãter, nec ratum habuiſſent aliter poſt habitam de hoc ſciẽtiam: ut quia infantibus eis hoc accidiſſet, uel ſi coacti coactione abſoluta. Poſſunt enim huiuſmodi promoueri de iure: ſed ſecundum alios tutius eſt dicere, ꝙ cum diſpenſatione. de cõſe.diſt.iiij.c.eos. Vbi autẽ quis probabiliter dubitat de ſuſceptione: ſi facta diligẽti inquiſitione ſuꝑ hoc ad inueniendũ ueritatẽ, & non inuenta ordinaret: non propter hoc dicẽdus eſſet iſte irregularis, ꝗuis alias ignarus de hoc ſuſcepiſſet: quia nõ putatur iteratum, quod ambigitur fuiſſe factũ. De illo autẽ qui nullum omnino habuiſſet baptiſmum: uel ſi habuiſſet, nõ ritè illud habuiſſet ſecundum ritum eccleſię.

2 † Tenendum eſt indubitanter ut non poſſit ordinari: & ſi ordinetur de facto ſcienter uel etiam ignoranter, non recipit characterẽ ordinis: ſed eſt primo baptizãdus: & demũ denuo ordinandus: ut eſt tex.in.c.j. &. c.fina.de cleri. non baptiza. & hoc ſi poſtea detegatur defectus: & de hoc conſtet. idem ſi non cõſtet ſed probabiliter dubitatur: dum tamẽ tunc ſub cõditione baptizetur, ſi baptizatus nõ eſt: ut ibi nota. & ibi ponit notabiliter, quid ſi poſt baptiſmũ ſuſceptũ renueret denuo ordinari, an debeat cogi propter intentionẽ illã primo habitam: in qua concluſione credit Butri. ꝙ ſic & ſequitur Abb.

3 †Et quid de tali preſbytero non bapti. cum crederet ſe baptizatũ: an ſi moriatur ſaluus ſit: tex. eſt ibi ꝙ ſic: in.c.ij.& ibi glo.notabi.que quęrit de tali: an conficiat uerum corpus Chriſti: & reſpondit ꝙ non in ueritate. Sed quo ad ſe & quo ad alios perinde eſt, ac ſi cõficeret ſi illi alij erãt etiam in iſta credulitate. De quo etiam in.c.du



dum: de elec. Sint tamen cauti iſti, qui ſic habẽt ſacramentum per fidem ſed non in ueritate, ut quàm cito incipiũt ſcire ſe nõ habere illud, ſtatim illud petant, & non contemnant: quia ſtatim amitterent illud ſacramentum, quod per prius retinebant per fidem, ut dicit glo. notabi. in dicto.c.fina.in uerbo miniſtrare. & ibi etiam uide aliam glo. nota.in uerbo nec malè, dũ expreſſè tenet, † ꝙ ſi aliquis ſit in articulo mortis: 4
& uelit baptizari ſed non poteſt, quia non eſt qui baptizet eum: ſi moriatur in hac uoluntate, ſaluus eſt: per tex.in.c.debitum.de bapti.& tex. in.c.catecuminum, de conſe.diſt.iiij.c. ueniens. de baptiſ. & ibi de forma ſeruanda quando dubitatur circa huiuſmodi. Debet enim baptizari ſub conditione, ſi alias non baptizatus fuerit. Item dicendum de illis qui ſacramentum baptiſmi diſtuliſſent recipere uſqꝫ ad ægritudinẽ, quod tunc ſuſceperunt timore mortis.l.diſt.c.ſi quis: quaſi non præſumatur uerè contritus talis ſic differt: & ut per hanc penam inducantur homines ad non negligendam propriam ſalutem. Nec tollitur iſta irregularitas per baptiſmum quia baptiſmus ita dilatus eſt ille qui inducit eam: unde aliter dicendo ſequeretur, quod idem operaretur contrarios effectus: contra.c.maiores.de bapti. Non ſic in illo qui diſtuliſſet communionem uſqꝫ ad ægritudinem, ead.diſ.l.c.his uerò. † in duobus tamen caſibus poſſet admitti 5
ad ordines etiam ille, de quo ſupra qui ſcilicet diſtuliſſet baptiſmum. Primus, quando poſt baptiſmum ſic ſuſceptum fides & uita eius probabilis appareret. Secundus, quãdo raritas clericorum in loco hoc ſuaderet.l. diſt. c. ſi quis, ubi de hoc.

Universidad de Deusto Biblioteca

## CAPVT XIIII.

### REQVISITVM X.

1 ☞ *Pœnitẽs publicus an poſtea in ordinibus recipiẽdus.*
2 *Irregularitatis cicatrix etiam poſt deletum crimen re-*
*manet.*
3 *Pœnitentibus publicis an poßit ad ordines diſpenſari.*

1 REquiritur decimo † ꝙ non ſit talis qui ſo-
lẽniter uel ſolẽnem pœnitentiã egerit, illã
uidelicet de qua in.c.in capite.l.diſt.quæ
ſcilicet conſueuit imponi non niſi pro crimine
publico & uulgatiſſimo, quod totam urbẽ uel
locũ totum cõmouerit.xxv.q.vj.c.ulti. Qui enĩ
ſemel egerit talem pœnitentiã, nõ debet promo
ueri amodo. Imò ſi promoueatur de facto, pro-
hibetur miniſtrare.c. confirmãdum. l.diſt.&.c.
ex pœnitẽtibus: & quare ſic prohibeatur: reddi-
tur ratio quadruplex, ſecundum Ray. Prima,
quia nõ ſunt digni recipere uaſa ſacramentorũ,
2 qui dudum fuerunt uaſa uitiorũ.d.c.illud. † Li-
cet enim peccatũ ſit per pœnitẽtiam: remãſit ta-
men cicatrix, id eſt irregularitas, quæ ipſum im
pedit prima.q.j.c.iuuentum. Secunda, eſt timor
ne iterum labatur: qui quidã timor ex conſuetu
dine priſtina ſurgit.lx.diſt. c.in ſacerdotibus.in
3 fine. Tertia, eſt propter ſcandalum populi uitã-
dum. Cum enim talis pœnitentia non imponatur
niſi pro uulgatiſſimo crimine, ut quia totã
commouit urbem. xxvj. q.vj.c.fina.non poſſet
talis ſine aliorum ſcandalo miniſtrare. xl.diſt.
Quarta ratio, quia non haberet amodo frõtem
iſte talis reprehendẽdi alios, cum ipſe ſibi taci-
tus conſideraret eadem ſe commiſiſſe uel maio-
ra.xxv.diſt.c.primum, &.xlij.diſt.§.j. Ita etiam



concordat beatus Thomas in.iiij. diſt.xiiij.&
ibi Richar.& alij ſcribentes, & facit quod habe
tur in ſum.cõfeſſio.lib.iij.titu.xv.q.j. & ibi ha-
betur in.q.ij.an poſſit diſpẽſari cum talibus, &
per quẽ. † Poteſt enim cum eis diſpenſari in mi- 3
noribus propter neceſſitatem uel utilitatẽ eccle
ſiæ.l.diſt.c.placuit: & hoc per epiſcopũ, ex quo
non eſt ei prohibitum.c.nuper.de ſentẽ. excom.
Qui cauere debet ne hoc faciat ſcienter ſine di-
ſpenſatione: quia ex hoc ſi faceret, ueniret pri-
uandus poteſtate amodo ordinandi ut in.c.ex
pœnitentibus.l.diſtin.

## CAPVT XV.

### REQVISITVM XI.

☞ *Ordinum nunquid indignus pſeudoœconomus.* 1
*Negligentia multum detrahit ordinandis.* 2
*Auguſtini dictum de familiæ gubernatione.* 3
*Beneficia plura curata uni quãtumcunq; etiam exercita* 4
*to non committenda.*

REquiritur undecimo † ꝙ domui ſuæ ſit 1
bene prepoſitus hoc eſt talis qui domum
ſuam, id eſt familiam ſuã, ſi quam habet
in gubernatione, honeſtè regere nouerit: & eam
à uitijs ad uirtutes uerbo & exemplo trahere: ut
quod poſteà precepturus eſt ipſe, populo appa
reat eum prius à domeſticis exegiſſe. Ita habe-
tur in.§. neceſſe.xlvij. diſtinctio. & ratio colli-
gitur ibi: quia præſumptio eſt contra illum,
qui aliter ſe haberet, quod ſicut non habet
frontem corrigendi ſuos, uel eſt negligens in
hoc uerſus illos ſuos: ita erit negligens er-
ga alios: † quod uitium negligentiæ multum 2

Universidad de Deusto Biblioteca

ponderandũ uidetur in promouẽdo. Cũ etiã ꝓ=
motũ ſit ſufficiens ad deponendũ. lxxxj. di. c. di
ctum. Si tamẽ ſine culpa ſua familia ipſa ſua ma
la eſſet. nõ eſſet ei imputandũ. d. §. neceſſe. in fi.
Cum eṁ, ut ibi dicitur, greſſus hominis à domi
no dirigãtur, nec ſint in homine uiæ eius: corri=
pere quidẽ poteſt, corrigere autẽ ſemper nõ: pul
ſare poteſt, nõ aperire: manus cõprimere, nõ ani
mum mutare. Ad idẽ tex. in. c. quãtumlibet, qui
3 ibi ſequitur. ea. diſt. xvij. † ubi tex. Auguſtini de
ſe loquẽtis ad Vincentiũ quẽdam, quantũlibet
inuigilet diſciplina domus meæ: homo ſum &
inter homies uiuo. Nec mihi arrogare audeo ut
domus mea ſit melior archa Noe: ubi inter octo
hoies reprobus unus fuit: aut melior quàm do=
mus Iſaac: cui de duobus geminis dictum eſt: Ia
cob dilexi, Eſau odio habui. Poſſet etiã hoc re=
quiſitum intelligi de iã promoto Epiſcopo ali=
quo, de quo proprié loquitur apoſtolica regula:
in hoc ſumitur, ut debeat eſſe præpoſitus do=
4 mui, id eſt eccleſię ſuæ: † quia nõ debet plura ec=
cleſiaſtica beneficia, maximè quæ curã habent
animarũ, uni ſoli perſonę quãtumcũq; etiã exer
citatæ cõmittere: ſed ſingula ſingulis. lxxix. diſ.
c. ſingula. &. vij. q. j. c. ĩ apibus, & ꝑ id qđ latius
infra oſtenditur in. vj. iã ordinatorũ requiſito.
Vt enim dicit tex. in. d. c. ſingula. Sicut uarietas
mẽbrorũ per diuerſa officia: & robur corporis
ſeruat, & pulchritudinẽ præſtat. Ita & uarietas
perſonarũ per diuerſa diſtributa officia, & for=
titudinem & uenuſtatem ſanctę dei repręſentat
eccleſiæ.

## CAPVT XVI.

## REQVISITVM XII.

1 ☞ *Defectus qualis in corpore repellat à recipiendis ordinibus.*

Defectus



*Defectus in membris dupliciter conſiderati.* 2
*Monoculis ordines nunquid interdicti.* 3
*Sacerdoti effecto morboſo qualiter officium ſibi interdictum.* 4
*Eunuchi an & quando à ſuſceptione ordinum arcendi.* 5
*Homicida eſt, qui ſibi amputat uirilia.* 6
*Origenes cur ſe caſtrauerit, & Marcus Euangeliſta pollicem ſibi amputauerit.*
*Sanctorum exempla in conſequentiam non trahenda.* 7
*Iacob emens à fratre primogenita ſimoniam non commiſit.*
*Teſticuli abſciſi nunquid per ſacerdotem eunuchum ſeruandi.* 8
*Claudus, furioſus, lymphaticus aut uicium in oculis habens an admitti debeat ad ordines.* 9
*Gibboſus an recipiendus ad ordines, Et quid de ſedigito, leproſo & abſtemio.* 10

REquiritur duodecimo † quòd non ſit cor= 1
pore uitiatus: ut quia patiatur defectum
aliquem in membris, uel quia mutilatus,
uel debilitatus, uel aliter defectiuus. De quo in
titulo de corpore uicia. per totum, & ibi per Ho
ſtien. in ſumma illius tituli. &. lv. diſtinc. per to=
tum &. xlix. diſt. §. hinc ſuperna, &. c. fina. & per
Richar. in. iiij. diſtin. xxv. quæſtio. v. articulo ſe
cundo, & in ſum. Piſa. in uerbo uicia corpo. &
per Archiepiſ. Florenti. in ſumma ſua, in quarta
parte, titulo quinto, &. c. quinto. Circa quod di
cendum & concludendum quòd † defectus in 2
membris quidam ſunt ita notabiles, quòd im=
pediunt officij executionem. exempli gratia, de=
fectus manus, pollicis ſolius uel ſimilis: & hic

Universidad de Deusto Biblioteca

repellit ab ordinis ſuſceptione. Quidam licet non impediant, offuſcant tamen notabiliter perſonæ dignitatem, ut abſciſio naſi, uel ſimile quid: & idem: & ratio quare ſic: propter ſacramenti reuerentiam & dignitatem. Vnde Leuitici. xxj. & tranſſumptiue in. §. hinc ſuperna. xlix. diſtinc. homo qui habuerit maculam, non offeret panes Deo ſuo. Nec accedet ad miniſterium, in quo fuerit figuratum: quòd non tantum in hominibus promouendis ad ſacerdotium nouæ legis: eſt attendendum quòd careant macula animæ: ſed etiam quòd careant notabili macula corporis: quæ derogare poſſet illi reuerentiæ, quæ debetur ordini. Ita dicit Richar. in. iiij. diſtinc. xxv. q. v. articu. v. & facit tex. notabi. in c. ſi. xlix. diſtin. ubi ponuntur hæc uerba, in fine, quod indignum eſt deo offerre, quod homo non
3 dignetur habere. Hinc eſt † quòd habens oculum erutum indiſtincte prohibetur ordinari: ſiue propter ſui culpam erutus fuerit: ſiue non. lv. diſtinc. c. ſi Euangelica. Si tamen tales ordinentur de facto, tenet ibi Richardus quòd recipiunt characterem: & uerum ordinẽ: ſed non eius executionem: quia interdici eis debet. Et hoc cum
4 quæritur de ordinandis. † Si autem quæritur de iam ordinato cui ſuperueniſſet dictus defectus notabilis: ut quia quis ſacerdos iam effectus amiſiſſet uiſum ſine culpa ſua: tunc officium illud tantum interdicendum eſt tali: ad quod redditus eſt inhabilis. Ad alia autem ad quæ remanet habilis, adhuc retinendus eſt. Poterit ergo audire confeſſiones, prædicare & ſimilia facere. Licet miſſam celebrare non: & in altari miniſtrare: ubi ſupra. A beneficio autem remoueri propter hoc non debet: ſi ſine culpa ſua incidit in defectũ: quia nõ debet addi afflictio afflicto. vij. q. j. c. cum percuſſio. Dabitur ei coadiu-



tor, ſi uidebitur expedire: ut quia tale ſit beneficium cui ipſe in tali ſtatu non poſſit deſeruire. c. ſecundo, de clerico ægroto miniſtran. Quidam autem ſunt membrorum defectus qui non impediunt executionem officij, nec inducũt notabilem deformitatem in facie uel in corpore: ut
ſunt eunuchi: & in his diſtinguendum. † An illi 5
qui habent, inciderint eos ex culpa ſua uel ſine culpa, Si ex culpa, repellendi ſunt de iure: exemplum in. c. ſi quis abſciderit, & in. c. hij qui. liiij. diſtinct. & in. c. ſignificauit, de corpo. uicia. ubi de eo qui credens ſe ſeruitium in hoc præſtare deo, abſcidit ſibi uirilia: cum uicio carnali uirtute ſit reſiſtendum: non autem hoc modo ſæuiendo in ſemetipſum. imò textus in dicto. c. ſi
quis abſciderit † iſtum talem appellat homici- 6
dam ſui: non quòd homicida ſit: dicit gloſſ. ibi ſed propter homicidij periculum, cui ſe exponit. Nec obſtat dicit ibi gloſ. ſi obijceretur de Origene, qui ſe eunuchum fecit, ut liberius in occulto poſſet prædicare mulieribus: & tamen poſta apud Cęſaream factus fuit ſacerdos. Item de beato Marco Euangeliſta, qui ſibi abſcidit pollicem ut ſic fieret indignus ſacerdotio: & tamen poſtea factus eſt ſacerdos. Quia dicit gloſſ. exempla ſanctorum: non ſunt trahenda in con-
ſequentiam: † ſunt enim potius admiranda: 7
quam in exemplum trahenda, ut dicit tex. in. §. ſed obijcitur. quarta queſtione tertia, & ſecunda quæſtione ſeptima. §. inter Daniel. & in. c. ſi quis per uetuſ. xxij. quæſt. ij. & facit quòd not. in. c. gaudemus, de diuor. & facit gloſ. vij. q. prima, quam periculoſum, ubi de Iacob: qui emendo primogenita ab Eſau, nõ commiſit ſimoniã: quia inſtinctu dei fecit: & ea quæ inſtinctu Dei fiunt, nõ ſunt ſub lege. xix. q. j. c. duæ ſunt. Si autem ſine culpa ſua inciderit quis in huiuſmodi,

Universidad de Deusto Biblioteca



tunc nec repellitur, nec amiſſus dicitur. Exemplum pone in.c.eunuchus.lv. diſtinc. ubi de eo qui in perſecutione inimicorum amiſit uirilia. Non enim prohibetur ordinari etiam in epiſco-
8 pum, ut ibi eſt tex. & ibi glo. nota.† contra uulgares, qui dicunt neceſſe eſſe ſeruare carnem illam ſeu puluerem eius: quia imò non eſt neceſſe. Ad idem.c.ſi quis pro ægritudine: ubi de illo qui pro ægritudine fecit ſibi naturalia à medicis ſecari. Vtrum autem cum primis illis de quibus ſupra poſſit diſpenſari: & à quo. De hoc in.c.ſignificauit, de corpo. uicia. Et in particulari de claudo: an poſſit ipſe promoueri: uel promotus tolerari. De hoc in.c.ſi quis in infirmitate, eadem diſtin. ubi quòd ſic. ſi ſine culpa
9 ſua. Quod gloſſ. notabi. ibi reſtringit† niſi ſit talis quem oporteat cum baculo ad altare ambulare arg. de conſe. diſtin.j.c.nullus. Quam gloſſam allegando ſequitur Abbas in.c.ſecundo, de clerico ægroto miniſtran. per illum text. & qui etiam allegat notata in.c.ſecundo, de tempo. ordinan. De habente uerò maculam in oculo: nunquid repellendus ſit: de hoc in.c.cum de tua de corpo. uicia. ubi quòd non, niſi nimiam inducat deformitatem, quod conſiderare & terminare eſt in arbitrio prelati ut ibi dicitur & nota. De furioſis autem lunaticis & demoniacis pro his recurrendum ad textum & gloſſ. ordinariam & longam in.c. communiter. xxxiij.
10 diſtin. De† gibboſis etiam dicendum quòd non ſunt repellendi, niſi nimia ſit debilitas aut deformitas: & de illo qui haberet ſex digitos in manu, uel haberet digitos coniunctos, idem ut poſſit dum modo non ſit impedimentum in uſu membri.ff.de ædil.ædic.l.item Ofilius. Et de leproſo: an propter hoc quòd leproſus debeat repelli & hoc in ſum. confeſ. lib.v. titu.j. q. xliij.



Et de illo qui non poteſt bibere uinum, quòd talis non poſſit nec debeat nota. ij.q.vij.c. ipſi Apoſtoli, in glo. Illud notandum, quòd olim in teſtamēto ueteri nullus poterat ordinari: qui aliquē ex hijs.xij. defectibus in corpore ſuo habuiſſet, uidelicet ſi cecus, ſi claudus, ſi paruo uel grandi uel torto naſo, ſi fracto pede, ſi mancus, ſi gibboſus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem, ſi impetiginem in corpore, ſi ponderoſus exiſteret. Quorum quædam ſeruanda ſunt: etiam hodie in lege noua ad literam ut ſonant: quędam uerò non ad literam: ſed ad myſticum ſenſum figuratum & ſignificatum per illa: de quo myſtico ſenſu uideatur pulchrè, per Gracianum in dicto.§.hinc ſuperna.xlix.di. per totum illum.§. qui eſt longus & notabilis.

## CAPVT XVII.

## REQVISITVM XIII.

☞ *Aetas legitima ad ſuſcipiendos ordines quæ ſit.* 1

*Ordines minores cui ætati poſſint dari.* 2

*Ordinatus ante legitimam ætatem an poſſit officium exercere.* 3

*Epiſcopus nunquid diſpenſat ſuper ætate quo ad ordines.* 4

*Religioſi fauore religionis nonnulla ſibi deberi putant.*

*Aetatem à iure ſtatutam nec ſcientia nec mores ſupplent.* 5

Requiritur decimotertio, quòd ſit ætatis habilis & legitimæ ad hoc.† Quæ autem 1
dicatur legitima ætas. Ad hoc dicendū, quòd quicquid olim habebatur & dicebāt per iura illa antiqua de quibus.lxxvij.diſtin. per to

tum &c.lxxviij.diſ.c.j.iij.&c ulti.&c.xxviij.diſ.de his hodie eſſe tenendũ aliud per iura ad hoc nouiſſima, maximè per clemen. generalem de ætate & quali.&c in hoc diſtinguendum. Quòd aut quæritur de prima tonſura, per quam quis efficitur pſalmiſta: & ſufficiunt ſeptem anni: dum tamen alia concurrant. Ad hoc de tempo.ordi. c.nullus, lib.vj.& gloſ. in dicta clemen. genera. in glo.ult. Aut de quatuor minoribus: & in hoc
2 ſunt opiniones inter gloſſatores: † nam gloſſ. lxxvij.di.in ſum.tenet quòd ab anno.vij. ſupra, poteſt ordinari Hoſtiarius, lector, & exorciſta, & ſic ſtabit uſq; ad annum.xij.& ex inde poteſt eſſe acolytus. Gloſ.uerò Ioan. And. in dicta cle. generalem, tenet indiſtinctè maiorem ætatẽ infantia ſufficere pro omnibus minoribus ordinibus: & ſic dicit ibi do.Card.obſeruari & tenendum in practica, licet de iure primum uideatur uerius. Aut quęritur de alijs ordinibus ſacris, & tunc dicendũ ut dicitur in diſta clemen. ut quis poſſit recipi ad ſubdiaconatum in. xviij. anno. Ad diaconatũ, in.xx. Ad presbyteratũ, in.xxv. Aut de ordine epiſcopali: & in iſto requiritur q̃ xxx.annos quis compleuerit, ut eſt text. in.c.cũ in cunctis, de elec. Nunquid autem ſufficiat q̃ anni illi requiſiti ad ſacros ordines de quibus ſupra, & de quibus in dicta cle.ſint cœpti: glo.ibi in uerſi.xviij.tenet quòd ſic. De quo per Cardi. ibi in.iiij.q.qui circa hoc refert opinionem, & tandem ſequitur & approbat dictum illud glo. ibi quòd ſufficiat cœptos eſſe per duas rationes: ut ibi per eum. Et ibi quærit in quæſtione ſe-
3 quenti † quid ſi de facto recipiantur dicti ordines ſacri ante prædictum tempus: an teneat ordinatio: & refert Hug.in.c.ſubdiaconus.lxxvij. diſt.tenentem quòd ſic, quinimò plus, etiam in cunis puer poteſt ordinari ſacerdos quo ad cha



racteris impreſſionem: licet ſuſpendi debeat talis ab executione ordinis.c.uel non eſt compos, de tempo.ordi. Quod eſt contra aliquos, qui uoluerunt quòd ipſo iure ſit ſuſpenſus: non enim eſt uerum, licet ſuſpendi poſſit ab homine, ſecũdum Cardi.Butri.& Archi. quicquid in contrariũ Aluar.qui tenebat, quòd ſi talis interim ante, ſcilicet ætatem.xviij.annorum exerceret ſe in ordine irregularitatem incurreret: quia imò nõ incurreret, ſi aliter ab homine ſuſpenſus nõ fuiſſet. Videtur tamen quibuſdam de tali quòd peccaret mortaliter exercendo officium uſq; ad legitimam ætatem: ut notat Archiepi. Floren. in ſumma ſua de ſtatibus in.iij.parte, titu. vij. Sed ipſe non audet hoc affirmare: nec etiam negare: quia nullibi dicit ſe legiſſe: tutum tamen dicit abſtinere. Sed an† epiſcopus poſſit diſpenſare ſu- 4
per huiuſmodi ætate quo ad ordines gloſſa penultima, ibi mouet queſtio.& decidit quòd nõ: & bene ſecundum Cardi.ibi in.vij.quæſti. poſt Hoſti.& alios: quam gloſſam dicit bene notandam: quia epiſcopi de hoc multum infeſtantur à religioſis, qui fauore religionis putant hoc eis deberi. Sed malè: quia imò idem tenendum in illis quòd & in alijs: & quòd hoc idem notat Hoſtien.in ſumma.de tempo.ordinan. §. & cui, in fine. Et idem etiam concludit Archiepiſcopus præallegatus ubi ſupra, ubi dicit hæc uerba: q̃
†nec ſcientia nec morum grauitas ſupplere po- 5
teſt hanc ætatem à iure ſtatutam: & quod qui ante facit ſe ordinari: uel ſubditum ſuum promoueri peccat mortaliter: ex hoc quod contra conſtitutionem eccleſiæ facit. Niſi fortè ſit ita ſimplex, quod ignorantia iuris excuſatum reddat eum. Idem ſubdens de ordinãte uel conſilium præſtante, ut mortaliter peccent: & ideo præcauendum.



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



## CAPVT XVIII.

1 ☞*Aetas qualis in beneficiandis requiſita.*
2 *Epiſcopatus eligendum requirit trigenarium, Et quid de alijs dignitatibus.*
3 *Eccleſiæ ad quid inſtitutæ, & conſtructæ.*
4 *Minor.xiiij.an. an poßit eſſe canonicus eccleſiæ cathe= dralis, & uocem habere in capitulo.*

ET hoc cum quæritur de ordinandis quæ,
ſcilicet, ætas requiratur in eis, quo ad ordi
1 nes recipiendos.†Si autem quæratur de be
neficiandis quæ, ſcilicet, ætas requiratur in be=
neficiãdis, ut ſit legitima. Iſte eſt articulus mul=
tum diffuſus, de quo per gloſ. & ibi plenius per
Doctores quàm alibi, in.c.ſuper inordinata, de
præben. maximè per Ioan. de Imola, poſt alios
antiquos, & modernos. Qui primo ponit quæ
ætas requiratur in beneficijs regularibus, puta
monachatu, abbatijs, prioratibus tam collegia
tis ſeu conuentualibus ſeu curatis, quàm nõ. Et
quæ ætas requiratur in ſæcularibus beneficijs:
concludendo quo ad hæc ultima, quòd aut quę=
ritur de epiſcopatu uel ſuperiori dignitate: & re
quiritur ętas. xxx. annorum completa.c.cum in
cunctis, de elect. Aut de inferioribus ab epiſco=
patu: & ſi ſunt beneficia duplicia, ut quia ſonan
tia in dignitatem uel perſonatum, uel beneficia
2 curata: † & requiritur ætas.xxv. annorum dicto
c.cum in cũctis.§.inferiora, & in.c.licet canon.
de elec.lib.vj. Et hoc de iure loquendo ſine alia
diſpenſatione. Diſpenſari enim poteſt: & an epi
ſcopus poſſit in talibus: de hoc eſt tex.in.c.j. de
æta. & quali. libro vj. ubi quòd ſic in hoc modo
perſonatibus & dignitatibus, dum modo non
immineat in eis cura animarum, & ille cũ quo



diſpẽſat maior ſit.xx.an. aliàs non. Si uerò ſunt
beneficia non duplicia, quia non ſonantia in di
gnitatẽ neq; in perſonatũ: neq; curam habentia
animarũ ſed ſimplicia: & tũc uidetur ꝙ nõ ſuffi
ciat, ꝙ ſit maior ſeptẽnio, imò ſecũdum aliquos
non ſufficit, ꝙ ſit maior etiã.xiiij. ſed qđ attige=
rit.xxv. † Cum in eccleſia, quã hic talis habet, 3
debeat aliquãdo ſaltem celebrari: cũ ad hoc ſit
inſtituta, de conſę.diſt.j.c.j. Celebrare autẽ non
poteſt niſi ſacerdos, c.j. de ſum.trini. in fi. Sacer=
dos autem eſſe non poteſt, niſi demum.xxv.an.
attigerit, dicta clemẽ. generalẽ. In cõtrarium
tamen facit: quia ſecundum hoc non eſt differẽ=
tia inter eccleſiã curatã & non curatam quo ad
idoneitatem promouendi ad eas. quã tamẽ ſen=
tit tex. in.d.§.inferiora, & in.d.c. licet canon. &
d.c.ſi eo tẽpore, propter quod alij inter quos Io.
Calda. tenet ꝙ ſufficiat ætas.vij.an. & iſtam fir
mat glo. Ioan. in.d.c.ſi eo tẽpore, in glo. penul.
quæ omnino uideat. Cũ enim tales poſſint or
dinari.xxviij.diſ. de his ergo, & in beneficijs in=
titulari: ar. de præbẽ.cũ ſecundũ & pro hoc bo=
nus tex.in.c.cum ex eo, de elect. Nec hoc tenen=
do obſtat tex.in.c.ſuper inordinata: quia reſpõ=
dendum ut ibi reſpondit Ioan. in illa gloſſ. ſua:
qui tamen in fi. limitat prædicta uera, niſi eſſent
talia beneficia quæ ex priuilegio, ſtatuto, uel cõ
ſuetudine, aut alio modo requirerent ſacrũ ordi
nem. Item uidetur limitandum niſi eſſet benefi=
cium ſimplex tale, quod requireret maturitatẽ
conſilij. Cum tunc requiratur pubertas, cũ ante
illam non dicatur quis habere talem maturita=
tem.l.penul. & fi.ff. de teſtamẽto mili. &.l.ij.§.
impuberes.ff. de iure immu. † & ideo uoluerunt 4
aliqui inter quos Hoſtiẽ. ꝙ minor. xiiij.an. non
poſſit eſſe canonicus eccleſiæ cathedralis, ſi ta=
lis canonia conferatur in titulum: cum quo etiã

Universidad de Deusto Biblioteca

uidetur aſſentire Pet.de Ancha. poſt Butri. &
Archi.in.d.c.ſi eo tẽpore.Sed de hoc uidendum
plenius per Io.de Ligna.in.d.c.ſuper inordina-
ta, qui cõcludit oppoſitum poſt Cardi. ibi per
tex.in.d.cũ ex eo,& per id ꝙ glo.in.d.c. ſi eo tẽ-
pore,& glo.in.d.c.ſtatutũ,& ita cõcludit tenẽ-
dum de iure. Licet de cõſuetudine dicat non ſer
uari in curia:cum regula cancellariæ habeat, ꝙ
minor.xij.non poſſit eſſe canonicus eccleſię ca-
tedralis : pro qua regula ſatis bene facit tex. &
ratio ſita in.d.c. ſuper inordinata, ut dicit ibi
Abbas.Illud tenendũ pro indubitato,ꝙ nõ ha-
beat uocẽ in capitulo talis canonicus in eccle-
ſia cathedrali. imò etiam ſi maior non ſit in ſa-
cris cõſtitutus. ut eſt expreſſum in Clemẽ. ut hi
qui de æta.& qualita.

## CAPVT XIX.

1 ☞ *Beneficia regularia qualem ætatem requirant in*
*eorum præfectis. 2.*
3 *Regularis ante.xiiij.annum eſſe non poteſt, nec religio-*
*nem profiteri.*
4 *Impuberes à religione extrahi an poßint, & per quos,*
*& quando.*
5 *Aetatem in quibus ſuppleat uiripotẽtia uel malitia.*
*Vinculum ſpirituale morte non ſoluitur.*
6 *Obligatio perfecta in ſuſceptione regulæ religionis re-*
*quiſita.*

2 ET hoc de beneficijs ſecularibus† quãtum
autem ad regularia quæ ętas requiratur in
eis. Concludẽdum ꝙ aut quæritur de ipſo
beneficio monachatus,in qua ſcilicet ætate poſ
ſit quis aſpirare ad illud: & requirĩt ætas.xiiij.



anno.in maſculo: in fæmina uerò.xij. prout no-
ta.in.d.c.j. de regu.li.vj. & hoc niſi in caſu capi
tuli : quia in inſulis, de regu. in quo requiritur
ætas. xviij. anno. Aut quæritur de beneficijs,
quæ dantur inter ipſos regulares, ut ſunt abba-
tiæ & prioratus : & in his requiritur ætas ince-
pta. xxv.anno. ſi de maſculis quæritur. Si uerò
de fœminis requiritur ætas.xxx.an.cõpleta.d.c.
cum in cunctis.§.inferiora.de elec.& in.c.cũ ad
monaſteriũ.§.priora.eo.titu.Clemẽ.ut in agro.
§.cæterũ.& de elec.c.indemnitat.lib.vj. Si ta-
men eſſet† prioratus aliquis conuentualis, ſuffi 2
ceret ætas.xx.an.eſto ꝙ eſſet curatus. d.§. prio-
re: & hoc quando eſſet talis: cuius cura poſſet
exerceri per alium etiam clericum ſecularem.
Secus ſi per ipſum : cum tunc non poſſit exerce-
re curam,niſi ſit preſbyter:preſbyter autem eſſe
nõ poteſt niſi. xxv.anno.d.clemen. generalẽ,ſe-
cundum Abba.& moder.in.d.c.ſuper inordina
ta.Subdit tamen ille Abbas ibi, ꝙ ſi ſit priora-
tus regularis non collegiatus,nec curatus,uide-
tur ꝙ ſufficiat tunc tempus.vij.anno.& allegat
Fede.de Senis conſilio.xviij. ſed ipſe dicit ſe nõ
tenere hoc,eo caſu quo eſſet prioratus regula-
ris, ut præſupponitur: quia ille non poteſt con-
ferri niſi regulari:† regularis autem eſſe non po 3
teſt niſi.xiiij.an.dicto.c.j.de regula. in.vj. Licet
enim ante. xiiij.an. poſſit quis recipi in eccle-
ſia regulari,profiteri tamen in ea ut ſit obliga-
tus ei non poteſt, niſi poſt. xiiij. ut ibi nota.&
& in.c.ad noſtram,de regu. Plus uidetur dicen
dum, ꝙ nec etiam poſſit recipi in ea: ſi eſt ta-
lis qui habeat parentes, uel ſit ſub aliorum cu-
ra aut poteſtate. Intantum,quòd† ſi aliquis an- 4
te talem ætatem intraret religionem, quãtum
cunq; doli capax,poſſet pater uel mater,ſeu pa-
rentibus deficiẽtibus tutor eius eum inuitum

Universidad de Deusto Biblioteca

extrahere de religione quicquid Hugutio tenuerit in cõtrarium ex quo pubertas certa ſtatuta eſt pro religione in dicto.c.j. Ita ſingulariter dicit Card.in.d.clemen. generalẽ, in.iij.q.in fi. Allegãdo ꝙ habetur & nota. xx.q.ij.§.j. cum capitulis ſeq.& de regula.poſtulaſti. Addẽs,licet Hugutio tenuerit contrarium de doli capacibus, ut etiã non puberes obligãtur profeſſioni:& pro hoc.c.j.de delic.puero. & ꝙ ipſe dicit in proxima præcedenti quęſtio.ibi de ordinato ante pubertatem ad ſacros. Attamen primũ putat uerius,quia pubertas certa ſtatuta eſt pro re
5 ligione. c.j. de regula. lib.vj.† Licet ſecus ſit de matrimonio carnali,in quo uiri potẽtia ſupplet ætatẽ:de deſponſa.impube.puberes, cũ ſi.Ita dicit ipſe Card.ibi,ſed uideatur omnino idẽ Cardi.& ibi Abbas in.d.c.poſtulaſti.ubi hoc idem concludũt:quia non ſequitur poteſt ſe obligare diabolo.d.c.j.ergo & deo:cum peccatũ fiat ſine deliberatione hominis.Nec diabolus autor peccati deliberationem hominis quęrat:ſed caſum tantum.xvj.q.ij.uiſus poſt principiũ. Deus autem qui nemini inſidiatur, uult cor: & quod prius quis deliberet, antequàm emittat. Nec obſtat ſimile de matrimonio carnali,in quo malitia ſupplet ætatẽ: quia ideo ſic in eo: quia per illud homo obligatur homini tantũ:& tale uin
6 culum ſoluitur morte tantum. † Sed uinculum ſpirituale non ſoluitur morte ideo difficilius cõtrahitur.Et ꝙ in religionis ingreſſu malitia non ſuppleat ætatẽ ſicut in matrimonio carnali, diſputando tenet glo.xx.q.v. in ſum. Videatur tamen Butri.in.d.c.poſtulaſti,qui prædictam cõcluſionẽ dicit ſe putare ueram quãtum ad eccleſiam:Nam quo ad deũ,putat ipſe ꝙ talis in quo malitia ſupplet ætatem aſtrictus ſit uoto ſimplici:ita ut non poſſit ſaluari,niſi illud adimpleat:



uel melius deliberet ex quo doli capax erat tũc: & plenè intelligebat,quod egebat. Quod dictũ licet tutum ſit tenere & ſequi: tamen fortè non eſt uerum nec neceſſariũ ſequi.Quia licet minor iſte.xiiij.habeat malitiã.& per conſequens deliberationem cõſenſus pręſumatur habuiſſe:non tamen illã quæ requiritur in tanto actu. In quo agitur de tãta obligatione:†& in quo papa re- 7
quirit obligationem perfectã,ut debeat neceſſario quis obligari:unde cũ hoc fiat autoritate papæ:ex cuius poteſtate dependet regula, ut probatur in.c.quia in inſulis,de regula.& in.c.cum ad monaſterium,de ſtatu mona.ergo & cætera. & facit.c.quicunq;.xxiiij.q.j. Vnde dictum do. An. forte eſſet tenendũ in alijs uotis quam religionis.De quibus in.c.ſcripturæ de uoto, & ita alias legendo dictum.c.poſtulaſti,tranſiui cum hac opinione.

## CAPVT XX.

### REQVISITVM XIIII.

☞*Irregularitas pluribus modis incurritur.* 1
*Irregularitatis diffinitio & diuiſio.* 2
*Irregularitas ex matrimonio.* 3
*Irregularitas ex homicidio.* 4
*Homicidium quottupliciter dicatur committi.* 5
*Irregularitas ſtricte ſumpta.* 6
*Lex promotionis impeditiua requirit factum.*
*Irregularitas nunquid incurratur ex conatu homicidio non ſequuto.* 7
*Irregularitatem utrum contrahat, qui mortuum decollat animo occidendi.* 8

Universidad de Deusto Biblioteca

*Medicus culpa cuius æger moritur, an incurrat irregularitatem, & dicatur homicida.*

*Diues mendicum fame pereuntem non cibans an irregularis.*

9 *Irregularitas num diſtinctè requirat factum.*

REquiritur decimoquarto, quòd nõ ſit irregularis: hoc eſt talis cui aliqua irregularitatis nota poſſit impingi: maximè quę ex
1 homicidio uel mutilatione prouenerit. † Poteſt enim irregularitas incurri pluribus modis: & cauſis. Sumendo irregularitatem, prout generaliter eam deſcribit & ſumit Specu. in titu. de lega. §. iuxta. in princip. & Ioan. in. c. j. de re iudi. lib. vj. quod eſt nota. ſeu impedimentum canonicũ ex defectu, ſeu ex facto proueniens: qua quis prohibetur ad eccleſiaſticos ordines promoueri: & in eiſdem miniſtrare, uel aliter ſecun-
2 dum docto. in. c. ad audientiam, de homi. † Irregularitas eſt ius impeditiuum promotionis uel executionis ordinis à iure diuino & canonico introductum, propter aliquẽ defectũ inobedientiam, negligentiam uel factũ. Eſt autẽ ſciẽdum ꝙ irregularitatis duæ principales ſunt ſpecies: una quæ prouenit ſeu contrahitur in homine ex aliquo defectu in eo, ſeu in perſona eius à natura ipſa proueniẽte ſine facto ſuo & culpa ſua: ut ꝙ natus ſit quis ex illegitimo matrimonio: ꝙ ſit natus fœmina, non uir: ꝙ ſeruus, non liber: ꝙ defectiuus in membris uel aliter uitiatus corpore: ꝙ in ætate infantili, uel ad hoc non conueniẽti: ꝙ non baptizatus: uel adhuc neophytus. Tales enim omnes poſſunt dici irregulares: hoc eſt extra regulã illorũ poſiti, qui poſſunt promoueri, cũ ſint prohibiti iſti à lege canonica ſic pro-



hibente: & ſic irregulares, etiã irregulares hac prima ſpecie irregularitatis proueniente à natura ſine facto aut culpa aliqua ipſorum & omnibus, omnibus & ſingulis ſatis ſupradictum eſt
ſeriatim. † Alia & quædam eſt irregularitas: 3
quæ contrahitur non à natura: ſed ex facto aliquo noſtro. exemplum in illa quæ contrahitur ex hoc, quod duas quis ſucceſſiue duxit uxores: uel unam non uirginem, ex quo facto poſſit dici bigamus. Vel ex eo quod ſe ligauerit uinculo matrimoniali: uel alio uinculo ſeu obligatione aliqua alia incompatibili uel non conueniẽti ſimul cum ordine clericali: & de his etiam ſupra tactum fuit. Eſt etiam dare & exemplificare alias ultra præmiſſas, quæ ſimiliter contrahuntur ex facto noſtro tam illicito: quam etiã aliquando licito, per quas redditur inhabilis quis ad ordines: & ideo de illis uidendũ & proſequendum. Et primo de illa quæ contrahitur & cauſatur ex homicidio uel mutilatione membri. Secundo de illa quæ contrahitur ex inobedientia ſeu uiolatione cenſuræ eccleſiaſticæ.
Quo igitur ad primam † quòd ex homicidio in- 4
curratur irregularitas, quæ habeat impedire ordinis ſuſceptionem: tex. eſt in. c. ſi quis uiduã, & in. c. miror, & c. ſeq. & c. de his. & c. clerico. l. diſtin. & in multis alijs iuribus ibi: & probatur in c. preſbyterum, & c. penul. de homi. & quare ſic redditur triplex ratio per Richar. in. iiij. diſtin. xxv. arti. v. q. iij. ubi de hac materia. Quòd autem ex mutilatione membri: probatur. lv. diſtin. per totum, & maxime in. c. ultimo. Nunquid autem hoc ſit tenendum indiſtinctè in omni homicidio ſeu in omni genere homicidij, in hoc ſtat dubium. Circa quod pro euidentia ſciendũ, † quòd homicidium dicitur cõ- 5
mitti non ſolum actu: & facto, ſed etiã ſola ipſa

Universidad de Deusto Biblioteca



intētione occidēdi. Dicitur etiã cõmitti lingua
ſola, & ſic tripliciter, intentione, lingua & actu
ſeu facto: ut nota. in. c. ſicut dignũ, de homici. &
habetur in. c. ſi quis uiduã. l. diſt. Nunquid ergo
ex omnibus tribus incurratur irregularitas ſem
per, uel quando uidendum eſt. Et primo de eo
quod committitur intentione ſola: cum quis ſci
licet habuit intentionem & propoſitum occidē
di aliquē. an ex hoc ꝙ habuit illam malam intē
tionem cum propoſito firmo, ſit effectus irregu
laris tanqnàm homicida. Videtur enim quòd
ſic: per tex. in. c. homicidiorum, de peni. diſtin. j.
cum. iiij. ſequen. in quibus apertè probatur, ꝙ
talis dicatur uerus homicida: & quòd non mi-
nus delictum cõmittit: nec minus reus, nec mi-
nori pœna puniendus, quàm ſi actualiter occide
ret. Et pro hoc glo. in terminis. ea. diſt. in. c. peri-
culoſè, in glo fi. Contrarium tenet glo. in. c. ſi ali
quis, de homici. & hoc uerius ſecundum docto.
6 ibi communiter reſpondentes, ad illa uerba † ꝙ
non minus delinquunt quo ad ſufficientiam: ſci
licet ęterni ignis: quia uterqꝫ peccat mortaliter:
ex quo mortali peccato incurritur pœna æter-
na: non autem quo ad quantitatem ſupplicij.
Et ad illam gloſſam cõtrariam de qua ſupra di-
cunt poſſe ſaluari, ut procedat in irregularitate,
latè ſumendo illam pro illa: quę contrahitur ex
quolibet mortali. Non autem in irregularitate
propriè & ſtrictè ſumpta: de qua quęritur, quæ
non contrahitur ex uoluntate ſola, ſed facto.
Lex enim promotionis impeditiua requirit fa-
ctum, ut eſt tex. optimus in. c. ſi quis iratus. xv.
7 q. j. † imò in tantum requirit, quòd etiam ſi ueni
ret ad actum propinquum, ut quia duceret quis
ictum animo incidendi caput alicui, non incur-
reret irregularitatem, ſi non inciſit: nec ex ictu
illo mutilauit aliquod membrum corporis, ita
ꝙ non



quòd nõ ſit ſecuta mors, uel amiſſio membri di-
rectè uel indirectè: & hoc conſtet etiam ſi graui-
ter uulneraſſet ſecundum Doct. in dicto. c. ſi ali
quis ad hoc, quòd notanter dicit Archi. in dicto
c. ſi quis iratus. xv. q. j. ubi terminat. q. de cleri-
co, † qui cum firmum haberet propoſitum occi- 8
dendi quendam, & iuiſſet cauſa occidendi, &
iam occiſum reperiſſet, uolens ſuæ iniquæ ſatiſ-
facere uoluntati truncauit caput illius ſic iam
mortui: & ibi terminat quòd non commiſit ho-
micidium, propter quod debeat dici irregula-
ris: ex quo mortuus ille iam erat. Poteſt etiam
ex hac eadem ratione inferri ad medicum, qui
permitteret infirmum mori, cum poſſet meden-
do ſuccurrere. Et ad diuitem, qui permitteret in-
opem mori fame, cum poſſet ſubuenire: ut non
ſint tales irregulares, licet malè faciant, & di-
ci poſſint homicidæ quantum ad deum: ut pro-
bat text. in. c. paſce fame morientē. lxxxvj. diſt.
& in. c. non eſt grandis. lxxxiij. di. ubi bona glo.
ad propoſitum. Non ergo opponatur de illis iu
ribus. Non etiã de iuribus quæ expreſſè uolunt,
quòd in huiuſmodi criminibus uoluntas pro fa
cto reputatur, maximè quando deuenitur ad a-
ctum propinquum. l. ſi is qui cũ telo. C. ad legē
Corneliam de ſica. canonizata, de pœni. diſtin.
j. c. ſi quis, & quòd punitur affectus, licet non ſe-
quaẗ effectus: ut in iuribus ibi allegatis in gloſ.
† Quia procedunt quo ad alias pœnas corporis 9
afflictiuas imponendas. Non autem quo ad no-
tam irregularitatis incurrendam, cum illa re-
quirat factum, ut dictum eſt. Vide tamen glo. in
c. cogitationis, de pœni. diſtin. prima, quę dicit,
quòd imò etiam peccatum uoluntatis ſolum, re
pellit à promotione, & allegat tex. in. §. hinc ſu-
pernam. uer. ponderoſus. xlix. diſtin. de cuius in
tellectu aliquid infra.

## CAPVT XXI.

1 ☞*Homicidium cõmitti lingua quibus modis dicatur.*
2 *Irregularitas quomodo incurratur ex homicidio quod lingua fit.*
3 *Taciturnitas & conſilium qualiter cauſent irregularitatem.*
4 *Lex promotionis in quibus conſiſtat.*
5 *Conſultor homicidij & conſulens quid incurrant.7.8.*
6 *Mandatum uel conſilium ad maleficium quomodo reuocabile.*
7 *Irregularis nunquid efficiatur, qui cõſulit illũ qui aliàs erat facturus.Et quid ſi conſultor occidatur.9.*
10 *Irregularitas an incurſa ex conſilio rei licitæ ex qua mors fuit ſequuta.*
11 *Homicidij conſilium præbens pro fide, an incidat in irregularitatem.*

ET hæc de homicidio quod uoluntate ſola comittitur facto non ſecuto. Quid autẽ de illo quod lingua ſola: an incurratur irregu
1 laritas ex eo. Sol. præmittẽdo ꝙ † homicidiũ dicitur cõmitti lingua omnibus iſtis modis conſulendo, illud mandando, ratũ habendo, defendendo, inſtigando ſeu ſuadendo: ut de his omnibus habetur & nota in.d.c.ſicut dignũ. Videndum ergo de ſingulis iſtis. Et primo de eo quod conſulendo: an uidelicet ex hoc ꝙ quis conſulit homicidium poſteà ſequutum, per alium, dicatur homicida quo ad incurſum irregularitatis. Solutio, de hoc dicendũ ut latè per Inno. & docto.in.c.ad audientiam, de homi. qui apertè tenet ꝙ ſic: & hoc ſiue directè conſuluerit homicidium ſiue etiam indirecte: quia aliquid unde ſe-



quutum eſt homicidium. Ita ꝙ cauſam propinquam præſtiterit ad illud. † Exemplum ſecundum Innocen. ut quia conſuluerit ictum machinę, uel inſultum alicuius caſtri. Fuit enim in culpa iſte non cogitare quod potuit euenire: attento quòd talia non conſueuerunt fieri ſine cęde: ergo imputandum. c. continebatur, de homicidio, &.c. de cætero, eodem titu. Quæ iura probant, hoc etiam ſi conſuluit quis quid, ex quo uerißimiliter non expectabatur mors: tamen ſequuta fuerit præter opinionem. ſi modo res illa in ſe fuiſſet illicita. imò hoc uerum etiam ſi proteſtatione præmiſſa quod non occideret, uel mutilaret: conſuleret, uel mandaret quis illud per text. hodie expreſſum in.c.fina. eodem titu. 2
libro ſexto. † Quinimò idem ſi aliquis ſolum demonſtraret alicui utilitatem prouenientem ex homicidio ipſo: aliter non dicendo ſecundum Ioan. in.c.felicis, de pœni. lib.vj. Plus uidetur poſſe dici, ut idem ſit de eo, qui nihil omnino diceret: ſed ſciens & præſens in aliquo tractatu, in quo ageretur de uindicta ſumenda ex inimico ſuo, tacuit: ut eſt exemplificare in caſu capituli Petrus de homicid. de illo clerico, qui cum tractaretur inter amicos ſuos de ſumenda uindicta de quodam amico ſuo, & ille præſens tacuiſſet, talis enim ex hoc quòd taceret, quaſi tacitè conſentiret, habendus eſſet pro irregulari. Secus ſi expreſſè contradiceret, prout fecit ille Petrus in caſu illo. Dummodo ex corde hoc faceret, ſecundum Doctores ibi. Alioquin quantum ad Deum ſaltem idem eſſet, ſecundum Doctores ibi ex hoc ſumentes † quòd lex promotionis nõ 4
ſemper conſiſtit in facto ſolo: ſed in facto & animo. xv. quæſtio. prima. c. finali. Quod nota: quia ſic poſſet inferri ad ſaluationem eius quod dicit gloſ. ſupra allegata i dicto. §. hinc ſuperna.



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ibi etiam mouet Inno. notabilem quæſtionem
in dicto.c.ad audientiam, de illo qui conſuluit
alicui aliquem occidere: quem ille non ſtatim
ſed longo poſt tempore interfecit, an conſulens
5 ſit irregularis:&†tenet quòd ſic niſi ante conſi-
lium datum reuocet: & cũ hoc etiam quòd illi
qui occidi debebat, hoc intimet, ut ſibi præca-
ueat:& ſic oportet ſecundum eum quòd non ſo
lum reuocet, ſed etiam illi in cuius necem datũ
eſt,intimet. Niſi quando firmiter & probabili-
ter crederet conſulens ille, quod is cui hoc con-
ſuluerat,& deinde reuocauerat reuocationi con
ſilij dati acquieſceret. Videtur tamẽ uelle ibi do
minus Card,ꝙ non ſit neceſſarium, quòd notifi
cet:quaſi perinde ſit,ac ſi nõ conſuluerit,ex quo
conſilium ipſum reuocauerit. Attamen Bal.hãc
quæſtionem tangens in.l. non eo minus. C. de
accuſa.& in.l.j.C.de ſer.fugi. tranſit cum Inno.
6 ibi,& idem Bal.in.l.mãdatum. C.man. †Et ibi
dubitat Bal. quomodo mandatum uel conſiliũ
ad maleficium poſſit reuocari, cum ſit pericu-
loſum intimari ei,de cuius morte tractatur. Sed
dat ipſe modum,ut intimetur ei ſine notificatio
ne perſonæ.De conſilio etiam quando eſt men-
ti impreſſum,quomodo poſſit reuocari, cũ iam
fixum ſedeat in animo.Reſpondit ibi Bal.quòd
ſatis eſt diſſuadere quantum poteſt, ne amodo
teneatur conſulens,ita dicens uelle Inno. in di-
cto.c.ad audientiam. Vtrum autem prædicta
7 de irregularitate incurrenda†ex hoc conſilio ho
micidij procedant:etiam ſi aliàs qui fecit fuiſſet
facturus Hoſtien.ibi quòd non: ſed ſolum quan
do ex illo conſilio motus fuiſſet ad id,argu.c.ſi-
cut dignum.uer.qui uerò,&.§. fina. de homi. &
quòd notatur in.c.cum I.& A.de reiu. Et ita e-
tiam uidetur tranſire ibi Anto. In dubio tamen
ſecundum Cardi. ibidem præſumi debet, quòd



motus ex conſilio fuerit arg.illius.c. ad audien-
tiam.Et hoc ultimum dictum etiam uult Barto.
in.l.non ſolum.§. ſi mandato.ff.de iureiurando,
qui allegat.l.primã,in fine.ff.de rap.ui.Et an ad
hoc probandum ſit ſufficiens iuramentum il-
lius,qui occidit, qui atteſtaret quòd aliàs om-
nino fuiſſet facturus. De hoc etiam ibi in dicto
c.ad audientiam,per Innoc.& ſcribentes. † Sed 8
de hoc an debeat attendi,an aliàs facturus fuiſ-
ſet, an non: quia ſunt opiniones, recurrendum
ad nota.plenius per Antonium in. c. querelam,
de electio.& in regu. nullus ex conſilio, de reg.
iur.libro vj.per Dinum, & per docto. in. c.j. de
offic.deleg.& per Bart.pulchrè in.l.non ſolum.
§.ſi mandato.ff.de iniur.ubi ſentit ipſe oppoſi-
tum.Et quòd diſtinctio illa Dini & Hoſtien. &
docto.eſſet aliàs facturus uel non, habet locum
in his quæ non cadunt in delictum: non autem
in his quæ in delictum cadunt. De hoc etiam
per Bald.in.l.prima.C.de ſer.fugiti.& in.l.data
opera,in penulti.charta,uer.ſcilicet in conſilio.
C.qui accuſa.non poſſ.& per Salic. in.l.prima.
C.de rap.uir.& per Ang.in.l.prima.C. de Nili.
ager.non rump.†Ibi etiam uidelicet in dicto.c. 9
ad audientiam mouetur pulchra quæſtio.Quid
ſi conſulit quis alicui ut aliquem occidat, & il-
le conſilio illius ductus aggreditur eum, ut oc-
cidat,ſed in congreſſu occiditur ipſe: an ſit iſte
conſulens irregularis: ibi dominus Anto. con-
cludit quòd ſic:poſt Ioan. Sequitur etiam Car-
di.remittens ſe ad nota.per eum in.c.j.in.j. q. de
cleri.pug.in due.Sequitur etiam Dominic.in.c. 10
ſi.de homici.lib.vj. Et ibi etiam†quid ſi conſu
latur non res illicita, ſed res aliqua licita & bo-
na in ſe,ex qua tamen ueriſimiliter habeat ſequi
mors:exemplum,ut quia ſuadet quis alicui ut
pro patria ſua pro iure ſuo defendendo: uel pro

Universidad de Deusto Biblioteca

proximo ſumat arma ſibi licita: & in tali caſu, & in illo conflictu moritur aliquis. Ibi concludit Anto. poſt Inno. & alios, quòd non ſit irregularis, etiam ſi ibi moriatur ille, cui hoc conſulitur. xxiij. q. iij. pro membris, &. c. ſeq. &. q. viij.
11 hortatu, &. c. dilectus, de homicid. † plus tenet ibidem Innoc. & ſequitur Anto. in. x. q. Ponendo caſum, in quo etiam ſi directè conſulatur alicui mors: & ſequatur ex cõſilio illo mors illius, non erit ipſe irregularis, quando ſcilicet conſuleret quis alicui, quòd pro fide Chriſti ſeu liberrate eccleſiæ ſe exponeret ad mortẽ. Cum Chriſtus pro nobis mortuus ſit, & Chriſto teneamur nos conformes reddere: iuxta illud: exemplum enim dedi uobis, & facit. c. exemplum. xij. q. j. & quia ſancti martyres expoſuerunt & ipſi uitam pro Chriſto. Nos exemplo ſuo ad hoc inſtruendo non ſolum uerbo: & doctrina ſua: ſed etiam facto. Dubito tamen ego circa prędictum dictum, per ea quæ infra.

## CAPVT XXII.

1 ☞*Mandans homicidium an dicendus irregularis.*
2 *Mandans homicidium, ut non fiat irregularis, qualiter reuocare habeat.*
3 *Conſilium non fit gratia conſulti, ſecus in mandato.*
4 *Homicidium ratum habens an tenendus irregularis.*
5 *Ratihabitio in delictis an mandato æquiparetur.*
6 *Homicidij ſuaſor num cenſendus irregularis. Et quid de inſtigante.*

ET hæc de conſulente tale quid, ex quo ho-
1 micidium uel mutilatio ſequatur. † Quid autem de mandante illud concluſio eſt,



ut idem quòd in conſulente ut irregularitatem incurrat, ac ſi ipſemet feciſſet: cum mandans aliquid fieri iuris interpretatione cenſeatur facere. c. mulieres, de ſenten. excom. ibi, cum is uerè committat, cuius mandato ſit. Et hoc uerum etiam, ſi mandans mandaſſet ſolum uerberari, expreſſè inhibens ne occideretur uel mutilaretur, ut ſi ſequatur occiſio uel mutilatio, nihilominus incurratur: quia in culpa fuit ſic mandãdo, ut eſt tex. etiã ſupra allegatus in. c. fi. de homi. libro vj. † Si tamen poſt mandatum factum reuo- 2
caret illud: & ipſam reuocationem expreſſè intimaret illi, cui mandaſſet antequàm ſequeretur effectus, irregularis non eſſet ſecundum Inno. in c. ſicut tuis, de ſimo. & in dicto. c. ad audiẽtiam. Quinimò uult ibi, quòd non requiratur expreſſa reuocatio & intimatio: ſed ſufficiat tacita: exemplum, quia mandans feciſſet pacem uel aliter amicitiam cũ inimico illo mandatario hoc ſciente. Ita tenet ipſe ibi in mandante, licet in cõſulente teneat ꝙ requiratur expreſſa reuocatio & intimatio, ut dictum fuit in præcedentibus. Et quæ ſit ratio differentiæ, ponit ipſe: quia mãdatum fit gratia mandantis. Ideo ueriſimile eſt quòd reuocatione facta illa deſiſtet, cui manda-
tur. † Conſilium uerò non fit gratia conſulentis, 3
ſed eius cui conſulitur. Et ideo requiritur intimatio. Et iſtam etiam conſiderationem habuit Bar. in dicta. l. non ſolum. §. ſi mandato. Hoſtiẽ. tamen & poſt eum Io. And. non tenet hanc diſferentiam, ſed uult ipſe, quòd idem in mandante: quod ſupra dictum fuit in conſulente: ut ſi ex illo mandatarius fuit motus, teneatur mandans ſi non expreſſè reuocauit, & intimauit. Secus ſi non ex eo motus, ut quia omnino aliàs fuiſſet facturus. Sed de hoc dicendũ ut ibi latius ꝑ ſcribẽtes in prælleg. iuribus maximè i. d. c. ſicut tuis,

Universidad de Deusto Biblioteca



Et quod dictum eſt in mandante, idem poteſt dici de ratum habente homicidium ab alio commiſſum, quando nomine illius factum fuiſſet.
4 †Secus ſi non nomine ſuo factum, ſicut in ſimili dicitur de illo, qi uerberat clericum nomine alterius, quod ille alter poſtea ratum habet, ut dicatur excommunicatus per ratihabitionem, ac ſi manibus proprijs uerberaſſet: ſecus ſi non nomine ipſius fuiſſet uerberatus. tex. eſt notabi. in c. cum quis, de ſenten. excom. lib. vj. De hoc tamen
5 † an in delictis ratihabitio mandato æquiparetur, dicendum ut in regula rati, libro. vj. per Barto. in. l. j. §. ſed cum quis. ff. de ui & ui ar. per Bal. in. l. non eo minus. C. de accuſa. in uerſi. xij. quæritur, & per Salic. plenius ibidem in uerſi. j. nunc quæro, de ratum habente. De ſuadente autem ſeu inſtigante aliquem ad actum propter quam ſuaſionem ſeu inſtigationem ſequutum
6 ſit homicidium uel mutilatio. † An ex hoc incurrat irregularitatem, uel ueniat puniendus ut homicida, uel qualiter. De hoc bonus tex. in. c. ſicut dignum. uer. qui uerò ſe aſſerunt. de homicidio. ubi recurrendum.

## CAPVT XXIII.

1 ☞ *Conſultus de iure ſuper morte alicui inferẽda an & quando irregularitatem inducat.*

2 *Iudex eccleſiaſticus iubens reum puniri ſecundum ius an incurrat irregularitatem.*

3 *Iudex proferens ſententiam ſanguinis irregularitati nunquid ſit obnoxius.*

4 *Aduocatos & aſſeſſores quæ cauſæ reddant irregulares.*

5 *Clericus utrum poſſit defendere capite plectendum ſine irregularitatis nota.*



*Clericus teſtificari non cogitur, ubi ſanguinis pœna uertitur.* 6

*Notarij & ſcriptores ſententiarum criminalium irregularitatem an incurrant.* 7

*Indicans fugientem, quem inſequens poſtea interimit, an irregularis.* 8

*Clericis nunquid interdictum adeſſe ſententijs criminalibus, & illarum executionibus.* 9

*Iudex maleficiorum an irregularis etiam ſi nullam ferat ſententiam criminis.* 10

*Damna petẽs à crimino ſo an irregularis ſi damnoſus plectatur cum ageret tantum ciuiliter.* 11

VNum aliud non prætermitto ultra iam dicta ſupra circa illud de conſilio: & eſt dubium multum neceſſarium: † an ſcilicet, 1
habeant locum in omni conſilio & in omni conſulente: & ſic etiam in illo quod quis licitè daret interrogatus de iure per uiam conſilij in ſcriptis uel ſimplicis reſponſionis: ut quia conſultus quis, uel interrogatus à iudice uel principe: an propter tale uel tale crimen mereretur quis mortem de iure, & ille conſuluiſſet uel reſpondiſſet quòd ſic: qua reſponſione attenta poſteà ad mortem ſit condemnatus, & occiſus, aliquis fortè qui tunc erat in crimine illo deprehenſus. An talis conſulens uel reſpondens ex hoc ſit effectus irregularis, præſuppoſito quòd iuſtè & ſecundum: conſcientiam ſuam conſuluerit uel reſponderit. Videtur enim prima facie ꝙ non, per rationem tex. in. c. de occidendis. xxiij. q. v. dum ibi habetur ad literam. Abſit, ut ea quæ propter bonum facimus aut dicimus, ſi præter noſtram uoluntatem aliquid mali acciderit, nobis im-

Universidad de Deusto
Biblioteca



putẽtur:& ibi glo.quæ dicit ar. quòd nõ omnis
qui occaſionem damni dat: damnum dediſſe di-
ci debeat.Et quia cum nihil peccauerit iſte, ſed
potius debeat dici meruiſſe reſpondendo uerita
tem pro iuſtitia. Non uidet̃ ratio cur pœnã me-
reri debeat.c.ij.de cõſti.lib.vj.Sol.De hac quæ-
ſtione per glo. & ibi ſcribẽtes in.c. ex literis, de
exceſſi.prę la.In qua concluſio tenenda uidetur
iſta, ꝙ aut crimen illud ſuper quo interrogatur
uel cõſulitur imminebat puniendũ de præſenti,
& ille hoc ſciebat, & probabiliter cogitare po-
terat ꝙ ille eſſet facturus ſecundum conſilium
ſuum:& ſic poſtea fecit & incurrit irregularita-
tem:niſi fortè ſecundũ Abb.ibi,ille omnino uel
aliàs fuiſſet facturus:aut nõ imminebat punien
dum tũc ꝙ ſciret,& nõ incurrit.Dũmodo ſecun
dum Speculatorẽ cõſuluerit ille ſecundum ius.
Secus ſi erroneè per ignorantiã iuris craſſam &
ſupinã. Ita dicit ipſe in titu de leg.§.iuxta, uer.
quid ſi iudex.Et hic adde ad propoſitũ glo. bo-
nã in.c.omnis.iij.diſtin.& quod ibi per Archi.
2 Et ponit de iudice eccleſiaſtico† qui contra ma
lefactorem mandat fieri ius,uel præcipit puniri
ſecunum ꝙ ius dictauerit,non aliter exprimen-
do pœnam,ut non incurrat irregularitatem.Li-
cet poſtea ab illo cui mandatur,uel ſic præcipi-
tur imponatur pœna mortis:& idem ibidem no
tat de quocunqꝫ alio prælato ſeu clerico iuriſdi
ctionem temporalem habente in loco aliquo.
Et ad hæc etiam facit bona glo.in.c. peſſimam.
xxiij.q.ultima.Sed illud tenendum pro indubi-
3 tato† de illis qui per ſe uel per alium proferunt
ſententiã in cauſa ſanguinis, ut ex hoc efficiant̃
irregulares,quãtumcũqꝫ in ſe iuſtiſſima ſit, quã
do ex ea ſequeretur mors, uel mutilatio mẽbri:
ut eſt tex.clarus de hoc in.c. ſententiam ſangui-
nis,ne cle.uel mo.Imò non ſolum ipſe qui pro-



fert,uel per quẽ profertur,ſed etiã aſſeſſor, con-
ſultor, ac etiã aduocatus: nõ ſolũ qui pro accu-
ſatore,ſed etiã qui pro reo,ſecũdum opinionem
quorundã.†Cũ actor obligetur ad pœnã talio- 4
nis:& ſic nõ poſſit agere pro reo,quin ex conſe-
quẽti & neceſſario agat cõtra accuſatorem. Ita
tenet Spec. in tit.de aduo.§.j.uer. cauſa. & in.d.
§.iuxta, uer. item ꝙ litigioſus. Per quod dicit
Hoſti.in.c.j.de poſtu.prę la. ꝙ licet quidã dicãt
etiã clericũ poſſe defendere accuſatũ ar. c.nos.
xxiij.q.v.&.c. inter alia. de immu.eccle. Tamẽ
tutius eſt,ꝙ abſtineat. Quid em̃ dicit ſi per ſuã
imperitiã ſuccũbat accuſatus, & mutiletur, uel
quid ecõtra,ſi accuſatus abſoluatur: & accuſa-
tor patiatur pœnam talionis propter ſuã defen-
ſionem,†ſi tamẽ iuſtè defendiſſet ipſe: ita ꝙ ni- 5
hil poſſet ei imputari: ſentit ipſe ibi ꝙ ſit ſecu-
rus.ar.c.de cętero,&.c.tua nos.de homici. &.c.
ad aures,de ęta.& qualita. Remittit ſe tamẽ ad
nota. in.c.ad audientiam, de homici. ubi ponit
quęſtio.de clerico iuriſperito qui accepit defen
ſionem fratris ſui carnalis accuſati de homici-
dio,& ita defendit ꝙ accuſator fuit cõdẽnatus:
& ibi uide quatuor cõſilia notãda per eũ ut ad-
uocatus nõ incurrat irregularitatẽ iſtã. Plus uo
lũt docto.in hac materia ꝙ nõ ſolũ prædicti ui-
delicet iudex, aſſeſſor,conſultor, & aduocatus
incurrãt irregularitatẽ,caſu quo ſequatur mors
uel mutilatio:ſed & teſtes.†Et ideo dici poteſt, 6
ꝙ ubi uertitur pœna ſanguinis, non poteſt cogi
clericus teſtificari.Ita notat Hoſtien.in.c. dile-
ctorum, de teſti. cogen.ubi etiã Ioan. hoc uult.
Plus uolens ibi, ut nec etiam ille qui aſpirare
uellet ad clericatum licet nondum clericus,
poſſit cogi ad teſtificãdum. †Idem dicendũ de
notario qui atteſtatur.Et de ſcribẽte atteſtatio- 7
nes,uel qui eas legit dum publicatur ſentẽtia,

Universidad de Deusto Biblioteca

imò ex hoc ipſo quòd ſcripſit quis literas iudici qui hoc fecit,uel etiam ex hoc ſolo quòd literas miſſas ſibi traditas ut aperiret & legeret ſic fe= cit,uigore quarum impoſita fuit mors,uel muti latio ſecundum Ioan.qui ita refert fuiſſe reſpon ſum per Clementē papam contra clericũ unum ex lectura cuius facta de certis literis ſic ſibi tra ditis legēdis ſecuta fuit mors.De quibus omni= bus in.d.c.ſententiã, & facit. c.ſi quis. &.c. ali= quotiens.lj. diſtin. & quod per Speculatorē ubi
8 ſupra.† Vbi etiã de illo qui indicat fugientē,di= cendo ꝙ per talem uiam fugit. Nunquid autem prohibitum ſit clericis & eccleſiaſticis perſo= nis intereſſe quãdo legũtur condēnationes iſtę criminales,uel intereſſe quãdo mandãtur execu tioni,Concludendum ꝙ ſic. Cum hoc eis prohi beatur per papam in.d.c.ſententiam ibi:aut ubi
9 exerceantur interſit.† Adeo ꝙ peccant, ut dicit ibi Abbas & docto.cum in hoc ueniant contra prohibitionem papalem de qua ibi: non tamen tenendum ꝙ ex ſola illa intereſſentia irregulari tatem incurrant.ſed ſolũ quando interſunt prę= ſtando autoritatem,conſilium,auxilium, uel fa uorem:quod eſt notandum:& ibi etiam uiden= dum de illo qui efficitur iudex maleficiorum.
10 †An ex hoc ꝙ ſuſcipit tale officiũ efficiatur irre gularis,etiam ſi non contingat per eum ferri ſen tentiam aliquam condēnatoriam ad mortē uel mutilationē.De qua quæſt.per Hoſtien.in.c. ſi= gnificaſti.el.ij.de homici.ubi tenet ꝙ non: cum ex ſola uolũtate ſine facto non contrahatur irre gularitas. & hoc uidetur tenendum, quicquid Specu.in contrariũ in.d.§.iuxta,ibi ſed quid iu= dice. Et quid iuris de illis qui de malefactori= bus ſuis querelã faciũt in iudicio ſeculari emen dam damni ſibi illati petētes,& prouideri ne ta
11 lia præſumantur. †An incurratur irregularitas



ſi iudex mortē inferat eis iuſtitia exigente. De hoc in. c.prælatis, de homici.lib.vj.ubi ꝙ non: dummodo proteſtetur expreſſè ꝙ ad pœnã ſan= guinis non intendant,ſecundum ꝙ conſulit tex. ille notabilis ad hoc. De hoc etiã in.c.poſtula= ſti.eo.titu.de homici.& quod habetur in.c.Ma ximianus.xxiij. q.iij. & ibi bona glo. in glo.ij. quæ uideatur.

## CAPVT XXIIII.

*Homicidium quod facto committitur eſt triplex.* 1
*Homicidium neceſſarium quid ſit.* 2
*Homicidium pro defenſione perſonæ an & quãdo per= miſſum.6.* 3
*Defenſio omni iure permiſſa.* 4
*Occidens inuaſorem cum aliter mortē uitare nõ poſſet, an ſit irregularis.* 5
*Defenſio pro rerum conſeruatione an conceſſa.* 7
*Anima cunctis rebus precioſior.* 8
*Moderamen inculpatæ tutelæ in defenſionibus adeſſe debet.*
*Honorem ſuum tutari cuilibet permiſſum.* 9
*Conſeruatio perſonæ & famæ æquiparantur.*
*Honor omni lucro præferendus.*
*Occidere pro defenſione honoris an ſit licitum laico.* 10
*Homicidiũ in defenſione factum mitiorē exigit pœnam.* 11
*Lex Cornelia de ſicarijs ad qđ homicidiũ non trahatur.*
*Aſſertioni uel iuramento illius qui dicit ſe defendendo occidiſſe an ſtandum.* 12

HActenus de homicidio quod committi= tur lingua ſola: & hoc quod conſulitur, mandatur,ratum habetur, uel imponitur

Universidad de Deusto
Biblioteca



abſq; eo ꝙ manibus proprijs aliquid iſti atten-
tent. Nũc reſtat de eo quod facto committitur:
quia interueniente facto eius cui illud imputa-
tur. An & quãdo incurratur ex eo irregularitas,
quæ habeat repellere ordinandum. Pro cuius
1 reſponſione oportet pręmittere, ꝙ † tribus mo-
dis principaliter contingit cõmitti homicidiũ:
uidelicet neceſſitate, caſualitate, & uoluntate.
Vnde ſecundum hos tres cõmittendi modos ſo
let diſtingui triplex homicidium. Neceſſarium,
Caſuale, & uoluntarium. Ita enim diſtinguit
gloſſa ordi. & ibi docto. in.c. ſicut dignum. de
homici. in princip. gloſ. magnæ. Videndum er-
go de ſingulis ſpeciebus homicidij. Et primo de
neceſſario quid ſit: & an permiſſum ſit: & quan
do. Et breuiter neceſſarium homicidium illud
2 dicitur: † quod fit pro defenſione uitæ hominis,
uel bonorum: uim ui repellendo. Ex quibus uer
bis patet, ꝙ duplici ex cauſa poteſt fieri: uel pro
defenſione perſonæ: uel bonorum. Et primo de
eo quod fit pro defenſione perſonæ. In quo con
cludendum, ꝙ aut ille qui cõmiſit illud, poterat
aliter periculum perſonæ euadere: quam occidẽ
do, & non poteſt de iure occidere. Ideo occiden
do incurrit irregularitatem: ac etiam puniẽdus
uenit: licet non ex propoſito occidat: ut proba-
tur in. d.c. ſignificaſti. de homici. cum ibi nota.
3 & in Clemen. ſi furioſus. eo. titu. † Niſi qualitas
perſonæ aliud ſuaderet: ut quia furioſus, uel in-
fans ut eſt ibi tex. & idem ſecundum Pe. de An-
cha. ibi, & maior ſeptẽnio ſi non eſſet talis qui
doli capax eſſet. xv. q. j. illud, & ad hoc facit ꝙ
infra ſtatim dicetur de homicidio uoluntario.
Aut non poterat aliter euadere periculum per-
ſonę niſi occidendo: & tunc licitè & impune po
tuit occidere. Probatur hoc ex iuribus tam ciui
4 libus quàm canonicis, quæ dicũt † defenſionem



omni iure permiſſam, non ſolum poſitiuo: ſed
etiam naturali. d.c. ſignificaſti, &.c. ſi uerò. de
ſenten. excom. &.c. dilecto, de homici. lib. vj. &
j. diſtin. ius naturale. l. ſcientiam. §. qui cum ali-
ter. ff. ad legem Aquiliam, &. l. itaq; eod. titu. &
l. ut uim. ff. de iuſti. & iu. cum concor. Proba-
tur etiam magis in ſpecie in.c. ij. de homici. &
in.c. ibi ſeq. & in.c. quia te obnoxium. l. diſt. &
per tex. ad hoc meliorem de iure in clemen. ſi fu
rioſus, de homici. qui tex. probat quo ad pro-
poſitum noſtrum, quòd etiam à pœna ſpiritua-
li talis ſit immunis, uidelicet à pœna irregu-
laritatis: dum dicit, quòd † nullam irregularita- 5
tem incurrit qui mortem aliter uitare non ua-
lens, ſuum occidit uel mutilat inuaſorem: per
quem tex. clarum ad hoc tolluntur opiniones,
quæ olim erant circa hoc. De quibus per glo.
in dicto. c. ſicut dignum, & in dicto.c. de his. l.
diſtin. ut dicit Ioan. And. in dicta clemen. & eſt
communis doctorum ſententia. Dummodo ut
dictum eſt, aliter ille qui occidit euadere non
poſſet: ut quia ſecundum glo. ibi in dicta cleme.
inangulatus eſſet, & ſic artatus ꝙ fugere nõ po-
terat: nec aliter ſe iuuare clamore uel aliter: quę
glo. eſt bene notanda. Dum apertè ſentit ꝙ ua-
lens fugere, non excuſatur ſi ſe defendendo occi
dat. Quod eſt tenendum quo ad irregularita-
tis incurſum: per illum tex. per quem hoc ibi
tenet Cardi. & Pet. de Ancha. Quo autem † ad 6
effectũ euadendæ pœnæ quæ ex homicidio uel
mutilatione ſequuta ueniret, & ponẽda in foro
iudiciali. Alibi tetigi hunc paſſum latiſſimè in
tractatu quodam in eo de homicidio, in quo ar-
guendo ad partes pro & cõtra: & in hoc referen
do opiniones uarias, tandẽ ꝑ cõcordia opinio-
num deueni ad iſtã diſtinctionẽ. Quod aut uio-
lẽtia infertur circa res ad earum occupationem

Universidad de Deusto
Biblioteca



uel deſtructionē:& non tenetur fugere dominus
uel poſſeſſor ipſarum rerū,qui fugiendo uidetur
ſe incurrere amiſſionem earum, ad hoc. l.iij.§.ſi
quis autem uiſis armatis. ff. de ui & ui ar.&.l.j.
C.quando liceat ſine iudi.ſe uin.ꝑ quę iura hoc
tenet Bald.in.l.j.C.unde ui. in.vj.colū. in uerb.
7 ſed pone quidā.† Nō ſolum enim pro defenſio-
ne perſonæ:ſed etiā pro conſeruatione rerum li-
citum eſt ſe opponere etiā percutiendo non ſolū
de iure ciuili.l.furem.ff.de ſica. &.l.iij.§.cū igi-
tur. ff. de ui & ui ar. ſed etiam de iure canonico.
c.olim.de reſtitu.ſpolia.c.ſuſcepimus,de homi.
Dum tamē citra occaſionē uel mutilationē mē-
bri:& hoc de iure canonico loquēdo, quod ha-
betur pro inconuenienti,ut pro defenſione rerū
quæ ſunt tranſitoriæ & uiles auferatur uita ho-
8 minis ſimul & anima:quæ ſine cōparatione† di
citur precioſior omnibus rebus. l.iubemus.C.
de ſacroſan. eccle. &.c.aurum. xij.q. ij. cum ſi.
Et hoc de clericis loquendo in quibus loquitur
dictum.c.ſuſcepimus. Aut uiolentia infertur cir
ca perſonam non reſpectu rerum: ſed ut offen-
datur quis in perſonam:& tunc aut fugere illud
importat periculū ſalutis: ut quia inimicus eſt
ad ſpatulas,ut utar uerbis Bal.in dicta.l.j.Itaq;
terga uertendo poſſet de facili uulnerari ipſe uel
occidi:& non tenetur fugere,ſiue ſit laicus, ſiue
etiam clericus,per iura quæ indiſtincte permit-
tunt defenſionem ſui corporis uim ui repellēdo.
l.ut uim.ff.de iuſti.& iu.dūmodo cū moderami
ne inculpatæ tutellæ,ut ibi notatur. Aut nō im-
portat periculum perſonę ſed honoris illius tan
tum:cui eſt iniuria & obprobrium permittere
ſe fugari.l.apud Labeonem.§.j.ff.de iniu.Et idē
uidetur dicendum quando non paruum illi re-
ſultaret dedecus ſic fugiendo: attenta qualitate
perſonæ fugantis & ipſius fugati, & cauſa pro-





pter quam:† cum cuilibet licitum ſit honorem 9
& reputationem ſuam defendere.c.non ſunt au-
diendi.xij.quæſt.iij. Cum conſeruatio perſonæ
& famæ æquiparentur,inſtitu.de ſuſpec.tuto.§.
ſuſpectus:imò honor præfertur lucro omni.l. Iu
lianus. ff. ſi quis omiſ.cauſa teſta. & quia hæc
duo uidentur æquiparata à iure non poſſe rece-
dere uel poſſe quidem : ſed non ſine dedecore.l.
in eadem.ff.ex quib.cau.maio. Hoc tamen ulti-
mum reſtringendum eſt in laicis. Clericis enim
non uidetur quòd ſic ſit licitum ſecundum opi-
nionem magis communem per tex. cum ibi no-
tatis in dicto.c.ſuſcepimus.Quinimò in foro cō
ſcientiæ ſeu pœnitentiali loquendo:† non puto 10
quòd ſit licitum etiam laico occidere pro defen
ſione,ſcilicet honoris tantum: & euitādo dede-
core:imò puto,quòd peccaret exiſtimando ma-
gis diminutionem honoris in hoc mūdo : quàm
periculum corporis & animæ proximi:ar. dicta
l.ſancimus.C.de ſacroſanc.eccle.& quod nota.
in dicto,c.ſuſcepimus.Item attēto quòd eſt hoc
contra charitatem quam aſtringimur inuicem
portare.c.charitas,&.c.proximū,de pœni.diſ.j.
occidendo hoc modo proximum : ex quo aliter
poſſumus fugiendo nos iuuare. Non tamen pu-
to quòd ita grauiter peccet, nec tanta pœniten-
tia ueniat ei imponenda ſicut ſi nō dicta de cau-
ſa commotus id feciſſet. Sicut dicitur in ſimili
in foro contentioſo de eo qui ſe defendendo oc-
cidit non ſeruato moderamine inculpatæ tute-
læ† qui licet puniendus ueniat, non tamen ita 11
grauiter,ſicut ſi animo penſato occidiſſet,unde
non punietur lege Cornelia de ſica. cum illa nō
imponatur,niſi ei qui doloſæ commiſit.l. in le-
ge Cornelia.ff. ad legem Corneliam de ſica. ſed
debet puniri talis ut culpabilis, & ſic arbitrio
iudicis. Ita notatur per Ioan. Andre. & ibi per

Universidad de Deusto Biblioteca

doctores poſt gloſſ.in.c.ſignificaſti,el ſecundo,
de homicid.& per Bald.in.c.primo, de pace te=
nen.& per eundem in.l.data opera,in quarta co
lum.C.qui accu. non poſ.& facit tex. optimus
ad propoſitum in.l.ſi adulterium. §. imperato=
res.ff.de adulte. Addendum tamen, quòd cir=
ca hoc an aliter potuiſſet euadere, an non aliter
ille qui occidit, licet eius aſſertioni eſſet ſtan=
dum in foro pœnitentiali.ut eſt gloſſ.ſingularis
in dicta clemen.j.de homici.in gloſ.non ualens:
11 non ſic tamen in foro contẽtioſo.† Sed ſi de hoc
dubitetur,oportebit probari per circunſtantias
occurrentes: puta quia erat in loco ita arcto,&
cætera:ut ibi licet ut refert Zenzel. ibi quidam
teneant quòd imò iuramento illius ſtari debeat
per.c.ſignificaſti,de homici.&.c.ſi uerò.de ſen=
ten.excommu.el ſecundo, quòd uerum intelli=
git ipſe Zenzel.ubi non ageretur de præiudicio
alterius,alias ſecus,& idem ibi Ioan.de Imola,
ſequitur in dicta clemen.prima.

## CAPVT XXV.

1 ☞ *Occidens in defenſione an ſit excuſabilis quo ad deũ & quando.6.*

2 *Mortem an quis debeat potius incurrere quàm infer=re.4.*

3 *Vim ui repellere quatenus liceat.*

5 *Homicidiũ falſé confeſſus an cenſendus damnatus,ſi con=feßionem non reuocauerit.*

7 *Homicidium neceſſarium nunquid indiſtinctè cuiq; con=ceſſum,& in omni loco.nu.ſeq.*

8 *Monachus an ſine licentia prælati debeat ſe defendere.*

*Monachus an poßit contra abbatem ſuum ſe defendere,*



*& quando.*

*Sacerdos celebrans an debeat miſſam deſerere ut ſe defen dat,poſtmodum ad eam reuerti, maximè ſi inuadentem occiderit.* 9

*Vouens uel iurans ſe non defenſurum an ueniat contra uotum uel iuramentum ſi ſe defendat.* 10

*Vota quæ & quando non ſeruanda.*

VTrum autem ille † qui ſic ſe defendendo 1
occidit alium, ſit quo ad leges ciuiles &
canonicas immunis ab omni pœna, quã=
do aliter euadere non poterat, ut ſupra oſten=
ſum eſt: ita & quo ad Deum ſit excuſabilis &
immunis ab omni peccato. De hoc in dicto tra=
ctatu meo de homicidio, ubi arguo pro & con=
trà. Inducendo pro parte negatiua omnes illas
autoritates de quibus per Gratia. in. §. primo.
xxiij.quæſt.j.quæ autoritates uidentur probare
quòd non ſit permiſſa huiuſmodi defenſio de iu
re diuino.Sicut apertè tenet gloſſ. Accurſij in.l.
ut uim.ff.de iuſti.& iur.ſuper uerbo iure:& uide
tur ſentire gloſſ.in.§.ſinautem.ead.diſtinc.dum
dicit quòd † potius debet quis mortem incurre= 2
re quàm inferre arg.c.ita ne.xxv.quæſt.v. & fa=
cit bonus tex.pro hac parte qui eſt Augu.ad Pu
blicolam in.c. de occidendis.xxiij.q.v. Qui=
bus tamen non obſtantibus teneo ibi partem af
firmatiuam contrariam, uidelicet quòd nullo
modo dicatur peccare: etiam quo ad Deum ille
qui ſe defendendo occidit. Sequendo Ioan. de
Ligna.in præallegato ſuo tractatu de bello: qui
per plures rationes & argumẽta oſtendit, quòd
etiam de iure diuino in tali caſu permiſſa ſit de=
fenſio,reprobando gloſ.illam in dicta.l.ut uim.
Et ad autoritates allegatas per Gratia. ubi ſu=

Universidad de Deusto Biblioteca

pra, reſpondendo ut ipſemet reſpondit ibi in. §. his itaque. Ad.c.autem de occidendis. Reſpondendo cum ſimi. quòd intelligendum eſt in alio homicida, quàm in eo qui nõ ex uolũtate ſed ex neceſſitate quadam impulſus ne ipſe occidatur, occidit alium. Et hanc ſententiam dicitur tenere beatus Thomas ſecunda ſecundæ.q.xliiij.dũ
3 ibi concludit, † quòd homo uim ui repellere poteſt cum moderamine inculpatæ tutelæ: quia plus tenetur homo prouidere uitæ ſuæ: quàm uitæ alterius: cum omnis ordinata charitas incipiat à ſeipſo.l.præſes.C.de ſerui.& aqua: & pro hoc: quia quãdo me defendẽdo occido aliũ, poteſt dici, ꝙ non ego interfecerim ipſum, ſed ipſe ſeipſum. Ita ſingulariter dicit glo. notãda in.c. ij.de fur. dum reddit ibi rationem, quare excuſetur quis ab homicidio in tali caſu & non à fornicatione. Quinimò arguunt aliqui, quòd nedum non male faciat ille qui ſic pro defenſanda uita ſua occidit alium, imò licitè & bene: quia
4 facit quod debet † occidẽdo potius alium quàm permittendo ſeipſum occidi dicta ratione, ac etiam quia ſi licitum eſt de iure diuino defendere alium: etiam contra uoluntatem ſuam ne occidatur, ut eſt tex.in.c.diſplicet, & in.c.ipſa pietas.xxiij. quæſt. iiij. ergo multo fortius licitum eſt ſeipſum defendere: imò ſi ſe non defendat & permittat ſe occidi: cum poſſit eo modo euadere. uidetur quòd peccet quaſi ſui homicida: arg. c.ſi non licet.xxiij.q.v.ubi tex. ad literam ſi non licet occidere alium: multo minus ſeipſum. Ad cuius confirmationem allego ſingulare dictum
5 docto. alibi dum uolunt, † quòd ſi aliquis falſè ſit confeſſus ſe commiſiſſe delictum aliquod, propter quod damnatur ad mortem: ſi non reuocet illam confeſſionem ante mortem moritur damnatus. Ita dicit Abbas in. c. ex parte, el ſe-



cundo, de ſepul. & facit quòd nota. in. c. j. de teſti.cogen. & in dicto.c.ſi non licet. Putarem tamen ego attendendam intentionem iſtius talis: an ideo illum uoluerit occidere, ſed potius permittere ſe occidi: ut corpus ſimul & animam illius occidat: quoniam tunc eſſet potius ei hoc ad meritum & coronam martyrij. Vel ſi occidit: an hoc fecerit ex uindicta potius & paſſione aliqua quam conceperit cõtra illum in actu illo inuaſionis: quàm pro euaſione mortis: quia ſi ſic non eſſet tunc immunis à peccato. † Item 6
etiam attendendum an ex cauſa illicita fortè poſuiſſet ſe ad talem neceſſitatem ſicut faciunt latrones & adulteri & ſimiles: uel etiam an potuiſſet præcauere: ne in illam neceſſitatem incidiſſet ut de hoc ultimo habetur in ſum. confeſſ. in titu. de homicidio.q.xij. Nunquid † autem 7
iſtud homicidium neceſſarium eo caſu quo dixi permiſſum, debeat cenſeri permiſſum indiſtinctè omnibus perſonis cuiuſcunq; gradus & conditionis & in omni lóco: & contra omnes. De hoc me remitto ubi ſupra & ad notata per Car. in clemen. j. de homicidio, in.xx.q. ubi formaliter ponit quæſtio. An habeat locum in omni etiam eccleſiaſtica perſona: & cõcludit quòd ſic: allegando Archi.xxiij.q.iij.§.primo, poſt gloſ. ibi. Imò ibi tenet in quęſtione quę ſequitur.xxj. quòd etiam religioſis putà fratribus minoribus & alijs licitum ſit ſe defendendo occidere. Ad idem allego Ioã.de Ligna. in dicto tractatu ſuo de bello: ubi formando quæſtionem in monacho, † an ſine licentia prælati poſſit ſe defendere: terminat quòd ſic: reſpondendo iuribus & rationibus adductis in contrarium. Plus tenendo ibi quòd etiam contra abbatem & ſuperiorem ſuũ poſſet in tali caſu ſe defendere: eo caſu quo iniuſtè uel indebitè uideret ſe inuaſum: allegat 8

in argumētum.c.ex parte,de accuſa. &.c. olim. Et idem etiam concludit ibi in ſeruis, ut etiam contra dominum ſuum poſſint ſe in tali caſu defendere. Non enim actus naturales poteſt dominus ſeruo interdicere,per quorum interdictionē haberet perire. l. j. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. facit. l. quod attinet. ff. de reg. iur. Et ibi etiā ponit præfatus doctor an in omni loco: ubicunq; quis ſit: etiam ſi in eccleſia: terminādo ibi quòd ſic per iura generaliter in hoc loquentia: & cum hic actus inſurgat à iure naturali, ſitq; permiſſus à iure poſitiuo, ciuili & canonico nec prohibeat illum lex diuina. Et præterea ratio permiſſionis ſubſit generaliter, & ſic ubiq; & in omni
9 loco: ergo & in eccleſia.† Plus ibi tenendo unū quod uidetur mirabile & abſurdum prima facie: quòd etiam ſi presbyter ſit in officio miſſæ: & contingat eum inuadi ad mortem: poteſt dimittere officium miſſæ & ſe defendere, ac ſe defendendo occidere opprimentem eum. Quo ſic occiſo putat ipſe argumētatiuè loquendo: quòd poſſet immediatè redire ad altare, & reaſſumpto officio intermiſſo celebrare argu. dicta clemen. ſi furioſus. Quaſi nullum peccatum dicatur ex hoc commiſiſſe. Ex quo lege permittente fecit argu. c. qui peccat. xxiij. quæſt. iiij. & quia tex. in dicta clemen. j. dicit quòd nullam irregularitatem incurrit, & ſic nullum impedimētum propter hoc. Quod dictum non audeo ego affirmare, niſi reſtringeretur ut ſupra dictum eſt in præcedenti quæſt. in fine. Et adde ultimo, quòd in tantū ſunt uera prædicta ſecundum aliquos,
10 †quòd etiam ſi quis iuraſſet uel uouiſſet, uel aliter promiſiſſet non ſe defendere etiam ſi interficeretur ipſe, tale uotum tanquàm temerarium non uidetur quòd illud habeat obſeruare. Nam regula eſt, quòd quandocunque aliquid uoue-



tur uel promittitur, quo facto ſtilus corporalis uel ſpiritualis uenire amittendus, uel peccatum incurrendum: nō eſt ſeruandum tale uotum: nec promiſſio uel iuramentum aut præceptum aliquid, nec conſuetudo uel lex: uel aliud quicquā. probatur iſta regula in. c. ſi uerò, cum gloſ. ij. ibi de iureiur. & in. c. inter cætera. xxij. q. iiij.

## CAPVT XXVI.

☞ *Irregularitas quomodo ex homicidio uoluntario incurratur, Et an poßit in illo diſpenſari in homicidio uoluntario. 11.* 1

*Diſpenſare inferior à Papa qui non poßit maximè in homicidio. 11.* 2

*Diſpenſatio Papæ ſine cauſa an reddat tutum apud deū.* 3

*Vulnerans an incurrat irregularitatem ſi uulneratum alius poſtea occidat, Et quid ſi uulnus ſit letale. 5.* 4

*Irregulares nunquid efficiantur uulnerantes omnes ſi nō conſtat quis eorum letale uulnus intulerit.* 6

*Socij uulnerantis an dicendi irregulares ſi non liquecat de occiſore.*

*Irregularitas ex ſolo uulnere incurritur.* 7

*Clericus propter homicidium uoluntarium an cenſendus beneficio priuatus.* 8

*Beneficium homicidæ an poßit impetrari ante ſentētiam de homicidio.* 9

*Homicida an poßit acquirere beneficium ſine diſpenſatione. & aliter qua uia.* 10

*Abſoluere ab homicidio qui poßint.* 12

*Epiſcopi poſſunt de iure artare poteſtatem mendicantiū.* 13

Universidad de Deusto Biblioteca

ET hæc ſatis de hac prima ſpecie homicidij, quod appellatur neceſſariũ an & quomodo poſſit licitè committi : maximè ſine incurſu irregularitatis : propter quã ille qui cõmiſit illud habeat repelli ab ordinatione tanꝗ irregularis. Sequitur nunc uidere de alijs duabus ſpeciebus, uidelicet de uolũtario & caſuali.

Et primo de uoluntario.

Circa quod dicendum & concludendum bre
1 uiter† quòd ex tali homicidio ſimpliciter uoluntario abſq; dubio incurritur irregularitas : quæ non ſolum repellit ab ordinatione, ſed etiam deijcit iam ordinatum: & facit ut imperpetuum amplius ordinari non poſſit. c. ſicut dignum, de homici. cum ibi notatis & .l. diſtin. c. ſi quis uiduam, & .lj. diſtin. c. aliquantos: etiam ſi interficeret quis ſarracenum uel paganum. l. diſtinc. c.
2 clericum, & in. c. miror.† Nec poteſt per epiſcopum etiam cum tali diſpenſari ut tenet gloſſ. in c. miror, ead. diſtinc. Sed per ſolum Papam, qui etiam non conſueuit de facili cum huiuſmodi diſpenſare, ut nota. in. c. ij. de pugnan. in duello, & in. c. ſicut dignum, de homici. in gloſ. penulti. ubi ſentit gloſ. quòd nec etiam per Papam poſſit cum tali diſpenſa. Sed Hoſtien. & communiter Doctores tenent quòd poſſit. Reſpondentes ad iura contraria, quòd debẽt referri ad difficultatẽ, quaſi uelint dicere quòd non debet diſpenſare de facili: ſed ex cauſa de quo etiam per Dominic. in dicto. c. miror, & per Ioan. And. in dicto. c. ſicut, qui concludit quòd non debet niſi
3 ex cauſa: † ſi Papa diſpenſaret cum aliquo tali ſine cauſa, non eſſet tutus in conſcientia apud deum, iuxta glo. illam ſi. in. c. non eſt uoti de uoto. Et hoc quòd incurratur irregularitas ex tali homicidio uoluntario tenẽdum indiſtinctè ſiue manibus proprijs occidat quis ipſe; ſiue opem



ferat occidenti: ſiue conſiliũ uel fauorem per ſupradicta : ſiue cauſam quomodocunq; pręſtet: intelligẽdo tamen de cauſa propinqua nõ remota: ut dicit glo. nota. in. c. de cętero. de homici. & tali quę fuit ordinata ad homicidiũ. Secus ſi nõ ordinata ad illud, ut ibi nota. Plus tenẽdo ꝙ etiã ſi in caſu licito cõmittatur, nõ euitetur irregularitas, ut quia ex pręcepto iudicis pro executione iuſtitię: uel pro tuenda patria: uel in bello licito: ut ſupra etiã oſteſum eſt, & facit quod habetur & notatur in. c. ſignificaſti, & .c. petitio, eod. titu. De quo tamen dicendum ut latius ibi nota. & in. c. ad audientiam, eo. titu. Ibi etiã habetur † de illo qui uulnerauit unum qui ab alio 4
uel alijs occiſus eſt: ut pro homicida ſit habendus, ſi dubitatur de uulnere ſuo illato mortale fuerit uel non. Dixi ſi dubitatur: quia ſi eſſet certum ꝙ letaliter uulneraſſet, dato quòd ab alio poſtea occiſus eſſet: clarum & indubitatũ eſſet, ꝙ incurreret irregularitatẽ: imò etiã ueniret talis puniendus pœna capitali legis Corne. ac ſi ipſe totaliter occidiſſet, ut dicit Bal. in. l. ita uulneratus. ff. ad. l. Aquil. ubi damnat conſiliũ illorum, qui ad euadendũ quẽ ab illa pœna qui uulneraſſet letaliter aliquẽ, ita ꝙ nõ poſſet euadere conſulunt ꝙ occidatur ab alio, antequàm moriatur, arg. l. item Mella. §. celſus. ff. ad. l. Aquil. Non enim eſt ſanum conſilium ſecundum eũ. Nec probatur ex illo. §. qui procedit quando eſt dubium, & ſubdit ibi Bald. ꝙ tales ſic conſulentes eſſent digni ſuſpendio pro mercede tam dãnabilis conſilij. Sed dubium pulchrius in hoc eſſet† quando præſupponeretur, ꝙ non letaliter 5
uulneraſſet quis unũ: & hoc conſtaret : quẽ alij ſuperuenientes occidiſſent : an ille ſit irregularis preſuppõnẽdo ꝙ nõ habuit animum occidẽdi. De quo dubio per doctores in. d. c. ſignifica-

Universidad de Deusto Biblioteca

ſti.de homi.Sunt enim opiniones Specu.& Ho-
ſtien. qui tenēt ꝙ non. Abbas ibi aliter per tex.
in.c.fina.xv.q.ulti.&.c. ſicut dignū.§.fi. de ho-
mici. Alij moderniores putāt aliter dicēdum,
uolētes hoc ꝙ licet nō habuerit animū occiden
di:nec uulnerauerit letaliter:ſi tamē uel exceſſit
modū defenſionis uel illud uulnus,licet nō leta
le fuit aliqualis cauſa ꝙ ab illis fuerit occiſus
quia forte debilitatus, uel ita ꝙ potuerit ei im-
putari auxiliū fuiſſe præſtitū ad illud: uel culpa
aliqua prẹcedens uel in ipſo actu: certè talis de-
beat cēſeri irregularis:& hoc puto tenendū, ma
ximè in foro pœnitentiali.In quo in dubio repu
tare quis debet ſe irregularē,iuxta nota.in.c. ad
audientiam,de homici.& in.c.Matthæus,de ſi-
mo.& ibi etiā in.d.c.ſignificaſti,ponitur de illa
6 quæſtio.† Quid ſi unus eſt uulneratus à pluri-
bus: nec aliquod uulnus eſt per ſe ſufficiens ad
mortem: ſed omnia ſunt incerta, an omnes ſint
irregulares:& cōcludit ꝙ ſic,ut eſt tex.in.d.c.fi.
xv.q.ulti.Ita etiā notat Bar.in.l.fina.ff. de ſica-
rijs.Ibi etiam tagitur illa alia quæſtio. Pone ꝙ
aliquis reperitur interfectus in rixa:& ignora-
tur quis eū interfecerit: an oēs ſint irregulares.
De qua quæſtio.per glo.in.c.quieſcamus. xliij.
diſt.& eſt quæſtio dn̄icalis quẹ incipit. Quinq;
erāt in una domo:ubi cōcluditur ꝙ ſic:maximè
per tex. in.c. ſi quatuor. xxiij.q. ulti. Ita etiā te-
net Specu.poſt Gof.in titu. de diſpēſa.§. iuxta,
ubi quid ſi in rixa per dictum. c.fi. & per.l.item
Mella.§.ſed ſi plures.ff.ad.l.Aquil. De quo per
ar.in.c. nolite.ij.q.iij. & plenè in.d. c. ſignifica-
ſti,ubi Ioan.And.cōcludit idem tenedū,quādo
cōſtat ꝙ unus ex illis occiderit.Secus ſi nō con-
ſtaret de hoc,& ita etiā ſequitur ibi Abas & ui-
7 detur cōmunior.†Illud conſtat & illud tenēdū,
ꝗ ex ſolo uulnere non ſecuta occiſione uel mu-



tilatione incurritur irregularitas.c. petitio, ubi
tex. de hoc de homicidio. Multæ quidē & aliæ
quæſtiones poſſent hic applicari & attingi,
quas omitto cauſa euitādæ prolixitatis.Sed ſo-
lum de una quæro quoniam magis quotidiana.
Nunquid clericus beneficiatus propter homi-
cidium huiuſmodi uoluntarie cōmiſſum cenſea
tur ipſo iure priuatus beneficio,ꝙ enim priuari
poſſit ex hoc ſolo,illud eſt clarum.†Sed an ipſo 8
iure abſq; alia ſententia de hoc dubitatur.Pro
cuius deciſione ꝙ nō:ſed ꝙ requiratur oīno ſen-
tētia ritè lata allegādo dictū Inno.in.c. cum no
ſtris,de conceſ.prẹbē. Quod dictum referunt &
ſequuntur Moderni ibi,& in.c.fina. de homici.
& tenet Bal.in.l.cum fratrē.C. de his qui.ut in-
di.in uer.unū ſcias,quod notoriū nunquàm ha-
bet uires ad aliquem condēnandum:concluden
do ibi ꝙ licet prælatus ſit notoriè criminoſus:
nō tamen eſt depoſitus ipſo iure, etia ſi ſit homi
cida:& iſtud etiā ſequitur Bald.in.l.athletas.§.
calumniator.ff.de his qui no.infa.† Et nunquid 9
ſufficiat ꝙ ſententia ſit lata ſuper homicidio
abſq; ꝙ de beneficio fiat mentio aliqua,quo ad
hoc ut poſſit impetrari illud beneficiū taquàm
uacās.Bal.ibi in.d.l.cum fratrem,uidetur ſenti-
re ꝙ non:quia dicit niſi ſequatur ſentētia depo-
ſitionis:quod dictum non audēt affirmare mo-
derniores,in.d.c.fi.ſed relinquunt cogitandum.
Illud autē tenendū,ꝙ licet prius acquiſita bene
ficia retineat donec priuet:† nō tamē poteſt de 10
nouo acquirere beneficiū ſine diſpēſatione. Ita
uidetur ſentire & uelle Inno.in dicto.c.cum no-
ſtris. Sed do. Anto. ibi in. viij. col. tenet quòd
per uiā collationis poſſit homicida & alius irre
gularis acquirere beneficiū,nō autē per uiā ele-
ctionis,& idē dicit Calderi.tenere in.c.querelā,
de iureiu,ubi etiā de hac materia uidendum per

Universidad de Deusto Biblioteca



Abba.& alios ſcribentes.Et an ab iſto homici-
dio uolũtario poſſit epiſcopus abſoluere abſq;
11 ꝙ abſolutio mittatur Romã:† ueritas iuris eſt
ꝙ ſic ex quo nõ reperitur iſte caſus expreſſo ali-
quo iure reſeruatus papæ,arg.c.nuper.de ſentẽ.
excõ.Ita firmat Archi.Flo.in ſum.ſua,in.ij.par-
te,in ti.de homici.uer.itẽ no.Dicens hoc tenen-
dum,quicquid in contrariũ alicubi obſeruet cõ
ſuetudo de talibus mittẽdis ad curiam.Sed uide
tur Abba.in. c. deus qui.de pœni. & remiſ. qui
per illũ tex.in uer. homicidio cũ ſupraſcriptio-
ne tenet plus,ꝙ necdum epiſcopus,imò etiã inſe
riores ab ipſo poſſint abſoluere. Ita non eſt ne-
ceſſe adiri Papã,ut dicũt uulgares:imò nec etiã
12 epiſcopũ:†ſed ſimplex ſacerdos poſſit. Sunt enĩ
certi caſus reſeruati Papę: de quibus per glo. in
c.ij.eo.titu.lib.vj.quibus exceptis ab omnibus
alijs poſſunt abſoluere etiã inferiores. Addit ta
men Abba.ibi ꝙ epiſcopi ſolent per ſtatuta ſibi
reſeruare multa.Et inter alia cõiter iſtud de ho-
13 micidio: quid ſi faciãt, abſtinendum eſt.† Nam
poſſunt de iure epiſcopi artare poteſtatẽ mendi
cantiũ hoc modo per indirectũ, ut uult glo.no-
ta.in clemẽ,dudum, de ſepul. & hæc duo dubia
bene nota,quia quotidiana : & aliàs, & pluries
uidi dubitari in facto.

## CAPVT XXVII.

1 ☞ *Homicidium caſuale committenti quando ſit impu-*
*tandum,& contrahat irregularitatem.*
2 *Negligentia culpæ quando annumeretur.*
3 *Diſpẽſari cũ homicida caſuali per inferiorem an poßit.*

1 CIrca† caſuale uerò homicidiũ, quod ſcili-
cet à caſu pręter intẽtionẽ cõmittentis uel
cauſam dãtis,eſt dicendum:ꝙ aut ille da-



bat operam rei licitæ:& cum hoc adhibuit etiã
omnẽ diligentiam,quam potuit & debuit,& in
nullo imputatur ei,ac ſi non feciſſet. Ad hoc. c.
ex literis.c.ſignificaſti.c.dilectus,&.c.Ioannes.
&.c.fi.de homici.&.c.hij qui in princip.&.c.ſę
pe,ad fi.&.c.ſi duos fratres.l.diſt.Niſi in caſu.c.
ex literis præallegati:quãdo fortè ſcãdalum ex
illo graue ortum eſſet, uel ex illo tanta labora-
ret infamia ille q ſic cõmiſit, uel cuius cauſa cõ
miſſum eſt,ꝙ ei purgatio uideretur indicẽda. Si
uerò in hoc defecit,quia nõ adhibuit diligentiã 2
quã debuit:† imputatur tunc ei propter negligẽ
tiam,quæ culpæ annumerat̃ in hoc. Efficitur er
go iſte irregularis : uigore cuius irregularitatis
non debet nec poteſt ad ordines promoueri: &
ſi promotus fuerat & incidat in hoc:non poteſt
ad ſuperiores ordines promoueri, imò nec illis
uti:quos tunc haberet.c.presbyterum, de homi
ci.&.c.ad audientiã:niſi cum eo diſpenſetur per
Papã,dicit glo.in.c.ſicut dignum,de homici.in
gloſ.penul.allegando.c.tua nos. eod.titu. &.c.
clerico iacente. l.diſt. Ex hoc ſentiens illa glo.
ꝙ per inferiorem non poſſit diſpenſari cnm ho-
micida huiuſmodi caſuali. † Cõmuniter tamen 3
tenetur ꝙ etiã per inferiorẽ poſſit diſpenſari, ut
ad minores ordines promoueat̃,ſed nõ ad maio
res. In quibus loquit̃ : & reſtringendũ eſt dictũ
glo.illius. Aut & ſecundo caſu ille dabat operã
rei non licitæ ſed illicitę,& tũc ſemper imputat̃
ei quęſtio ad incurſum irregularitatis,ſiue adhi
buiſſet diligentiã:ſiue nõ. Ad hoc.c.contineba-
tur &.c.dilectus,in fi.de homici.&.l.diſtin.cle-
rico,&.c.ſi quis uoluntate,&.xv.q.j.§.ut itaq;,
& quod habetur & nota. in regula culpa. ff.de
regu.iur. Iſta diſtinctio eſt diſtinctio glo.in.d.
c.ſicut dignum, de homi. in glo.penul. in uer. ſi
caſu cõmittitur homicidiũ: quam diſtinctionẽ

Universidad de Deusto Biblioteca



cōiter ſequuntur ſcribētes ibi, & cōiter ſummiſtę ac etiā theologi, ut nota. in ſum. cōfeſ. li. ij. titu. j. q. xix. Et quæ doctrina eſt bene notanda: ex ea em̄ ſic retēta poſſet inferri ad terminationem innumerabiliū quæſtionū & caſuū plurimorū, qui poſſent occurrere: & qui quotidie occurrūt: de quibus in præallegatis iuribus: & ibi per ſcribentes: quos caſus: & quas quęſtiones, quia hic inſerere eſſet nimis in longū tractatū hunc extēdere, ac etiā quodāmō extra ꝓpoſitū & materiā: iō omitto reſpōdēdo ad notata in pręallegatis iuribus. Quātum eſt de iſta irregularitate quæ cōtrahitur ex homicidio uel mutilatione.

## CAPVT XXVIII.

1 ☞ *Irregularitas ex inobedientia uel cenſuræ neglectu contracta quæ ſit.*

2 *Promoueri ad ordines qui generaliter poßint, & qui repelli.*

3 *Irregularitas unde deriuata.*

1 RЕſtaret nūc dicere de illa ſpecie irregularitatis, † quæ cōtrahit ex inobediētia ſeu uiolatione cēſurę, ex eo uidelicet ꝙ qs excōicatus cū ſit maiori excōicatione, uel ſuſpenſus ab officio, uel à diuinis, exercet ſe in officio ſuo ſicut prius: uel ex eo quia non ſeruaſſet quis interdictum, quā ſpeciem irregularitatis ſimiliter non proſequor breuitatis gratia. Sed me remitto ad nota. in locis ſuis: maxime in. c. ſi celebrat, de cleri. excō. miniſt. Et ad nota. per Specu. in titu. de diſpenſa. qui eſt ſub titu. delegato. §. iuxta, ubi generaliter de materia iſta irregularitatis, & diffuſè ultra alios, & de qua etiam, & in c. niſi cum pridem. §. perſonæ, de renun. & per



Ioan. & alios in. c. ſententiā ſanguinis, ne cleri. uel mona. Ad quam materiam irregularitatis omnino recurrendum & pro ea in locis prællegatis, quoniā multū facit, imò neceſſaria eſt ad propoſitā quæſtionem principalem, † quæ eſt 2
qui poſſint promoueri ad ordines, & qui repelli. Quæ quæſtio ſi bene conſideretur uidetur ꝙ poſſit unica iſta reſponſione abſolui: uidelicet ꝙ omnes illi poſſint promoueri, qui nō ſunt irregulares de iure: & qui irregulares ſunt de iure, illi tales promoueri non poſſunt attenta diffinitione irregularitatis, de qua ſupra dixi, ac etiam ethymologia ipſius irregularis: quæ eſt † quaſi 3
extra regulam aliorum poſitus: quæ eſt ut quilibet poſſit ordinari niſi prohibitus. De quibus ſcilicet quia illegitimè nati: quia ſerui: quia fœminæ. Solum ergo in hoc labor in uidendo & cognoſcendo qui ſint iſti irregulares, & per conſequēs prohibiti ordinari: quorū aliqui uſq; ad xiij. ſunt ſupra numerati. Reſtat uidere de alijs.

## CAPVT XXIX.

## REQVISITVM XV.

☞ *Ordines ſacri an requirant ſuſcipientem ſine crimine indiſtinctè. 6.* 1

*Crimina enormia quæ ſint.* 2

*Crimina, quæ poſt peractam pœnitentiam adhuc habēt nonnihil cicatricis.* 3

*Infamis infamia iuris pro irregulari habendus.* 4

*Infamia triplex.* 5

*Infamis quis ille, cui ordines non ſunt denegandi.*

*Sacerdos in peccato res ſacras tangens an peccet.* 7

Universidad de Deusto
Biblioteca



REquiritur quindecimo, ꝙ ille qui appetit
1 ad ordines promoueri uel aſcenderet† ſit
ſine crimine: ut memorat & declarat Gra=
cia.in.§.nũc autẽ.xxv.diſtin.allegando dictum
Apoſtoli: & Hierony.ad hoc, & ibi declarãdo
qualiter hoc debeat intelligi. Nõ enim nomine
criminis debet hic omne peccatũ intelligi: cum
res penè cõtra naturã ſit, ut ſine peccato aliquis
ſit: ut dicit ibi idem Gracia. ubi omnino uide,
Vel poteſt dici aliter declarando quã ipſe: ut de
beat exponi ſine crimine, uidelicet indiſpenſa=
bili. Vel tertio ſine crimine, quod requirit diſpẽ
ſationẽ, ſuper quo ut quia talis per quod incur=
ſa fuit irregularitas. Non enim ſine diſpenſatio=
ne prius obtenta poteſt promoueri. Poſſet etiã
& tertio intelligi de omni mortali, in quo quis
perſeueraret: nõ enim ante contentionẽ & pœni
tentiam interiorẽ per quam tollatur peccatum
ipſum primo debet promoueri quis, aliàs ad ſui
damnationẽ ordinaretur, licet executionem re=
ciperet. Vel quarto, & hęc notabilior ſine crimi
2 ne ſcilicet enormi.† Sunt enim quædam crimi=
na quę appellãtur enormia ſecundum canones:
uel ideo enormia, quia ad normam pœnitentiæ
ex ui ipſius ſola induci non poſſunt, quin ſem=
per remaneat aliquid de pœna etiã poſt ipſam
pœnitentiã: ut eſt homicidium, de quo ſupra in
prçcedenti requiſito. Item crimen hęreſis, in
quo poſt uulnus ſanatnm dicitur remanere cica
trix.j.q.j.c.uentum. Item ſimonia in beneficio:
hoc eſt ſi quis adeptus fuiſſet beneficium per ſi=
moniam, ut ibi etiam probatur in.d.c.uentum.
Vel etiam generaliter dici poteſt, ꝙ omnia quo
ad hũc effectum dici poſſunt enormia: quæ poſt
peractam pœnitentiam non habent ordinis exe
cutionem: ut ſunt illa de quibus in.c.niſi cũ pri=
dem.de renun.ut ſunt illi omnes, ſupra proximè
numerati:



numerati: † uidelicet, homicida, hæreticus, ſimo 3
niacus: & ultra illos excõmunicatus celebrans,
uel non ſeruans interdictum.xij.q.iij.ſi quis epi
ſcopus, &.c.tutum, de exceſ.præ. Falſarius lite=
rarum ſedis apoſtolicæ.c.ad falſariorum, de cri=
mine fal. Item hæreticus.c.inter alia, de pur.ca=
no.&.j.q.vij.c.conuenientibus. Sodomita.c.cle
ri.de exceſ.præla. Incorrigibilis in nimia contu
macia perſeuerans.c.ueritatis.§.fina.de dolo &
contu. Et quod notatur in.c.cum non ab homi=
ne, de iudi. Item criminoſus notorius de iure uel
de facto.c.fi.de tempo.ordi. Item apoſtata. c.fi.
de apoſta. Item ſciſmaticus.c.j.de ſciſmat. Item
intruſus.c. ſi quis deinceps.xvj.q.vij.&.vij.q.j.
c.factus, &.c.ſe. Itẽ uoluntariè electus per abu=
ſum poteſtatis ſecularis.c. quiſquis, de elec. Et
generaliter omne crimen quod ipſo iure inducit
infamiam, poteſt dici quòd inducat irregulari=
tatẽ: & ſic repellat ab ordinibus. Ad hoc.iij.q.
vij.§.porrò, &.ij.q.iij.§.hinc colligitur, & facit
l.j. C. de infami.† Quòd omnis infamis debeat 4
haberi pro irregulari, intelligendo de infamia
iuris: nõ autem de infamia facti & canonica. In
his enim criminibus & ſimilibus enormibus, e=
tiam ſi occulta, ſpeciale eſt ut nõ poſſit quis mi
niſtrare in ordine ſecundum Specu.ubi ſupra, §.
qualiter. Cum in alijs non impediatur executio
ordinis poſt peractam pœnitentiam. Sed ſuffi=
ciat per illam tantum ſuo ſatisfacere creatori.
Ad hoc.c.fi.de ſimonia. Nec illa ſi latentia ſint
& occulta irregularitatem inducant. Ad hoc.c.
ueſtra.de coha.cleri.& mu.&.xxxij.q.v.c.chri=
ſtiana, &.c.tanta, de ſimo. Vnde non opus eſt in
iſtis alia diſpenſatio. d. c. chriſtiana. xxxij.q.v.
Addendum tamen circa hoc quod dicitur de in
fame: † quia cum triplex ſit infamia: infamia iu= 5
ris ciuilis, infamia iuris canonici, & infamia fa=

Universidad de Deusto Biblioteca

ϛti ut nota.in.c.teſtimonium,de teſtibus,non ui-
detur quòd ſimpliciter ſit uerũ, quòd omnis in-
famis quacunq; ſpecie infamię debeat ſic indi-
ſtincte repelli ab ordinibus:quia nõ infamis in-
famia facti : per nota. in.c.non debet.de teſti.in
glo.ibi & in.c.olim,de accuſa.& in.c. ex tuarũ,
de purga.cano.Non etiam in omni infami infa-
mia canonica:aliàs ſequeretur quòd per quodli
bet mortale commiſſum repellendus quis eſſet:
cum per omne mortale incurratur aliqua infa-
mia ſecundum canones. vj. q.j.c. omnes uerò in
glo.&.c.ſeq.in tex.Et ideo de hoc recurrendum
ad nota.in dicto.c.teſtimonium,de teſti.& in di
cto.c.non debet,& in.c.inter dilectos. de exceſ.
præ.Et omnino ad ea quæ ſcribit circa hoc Ri-
char.in.iiij.diſ.xxv.in.vj.principali artic.q.j.ij.
&.iij.ubi pulchrè & plenè de hoc.Et generaliter
recurrendum pro his omnibus ad nota.per Spe.
ubi ſupra,in dicto.§.iuxta,à uerſi.ſunt quæ uſq;
ad uer.Item nota quòd ſuſpenſus:& per Ioan.in
6 dicto.c.niſi cum pridem. † Vnum non omitto,
quod uidebitur mirum & durum: quòd non ſo-
lum à prædictis criminibus enormibus debent
eſſe immunes omnes qui ordinantur:ſed etiã ab
omni prorſus peccato mortali,tunc ſcilicet tem
pore ordinationis, quando recipiunt ordinem.
Aliàs enim peccat mortaliter omnis, qui ſe ſen-
tiens in peccato mortali facit ſe ordinari,ſiue il-
lud peccatum ſit occultum , ſiue manifeſtũ.Ita
dicit beatus Thomas in.iiij.diſ.xxiiij.& not. in
ſum.confeſ.li.iij.ti.xxij.q.xxij.Plus uult ibi bea
tus Thomas,ꝙ talis ordinatus ſic exiſtẽs ĩ mor-
tali:ſemꝑ dicatur cõmittere nouũ peccatũ mor-
tale:totiens quotiens utiť ordine ſuſcepto.Cum
faciat contra illud Deuterono.iuſtè quidem qđ
iuſtũ eſt exequaris. Et quia de iure naturali eſt,
7 ut homo ſancta ſanctè pertractet:†per quam ra-



tionem uidetur plus etiam uelle ibi,ꝙ ex hoc ſo
lo quod tangit res ſacras , quaſi ſuo officio utẽs
dicať mortaliter peccare. Adeò ꝙ nec circa hoc
poſſit aliter diſpenſari.Idem nota. in ſum. con-
feſ.eo.tit.q.xxiiij.Quod dictum licet uideať du-
rum & graue ſecundum al.ibi,non tamen aliter
impugnat,ſed utiť his uerbis.Largam eſſe uiam
quæ ducit ad infernum , & quòd multi ſunt qui
uadunt per eam Matthæi ſeptimo.

## CAPVT XXX.

### REQVISITVM XVI.

☞ *Apoſtatæ in clericatus officium non aſſumendi.* 1
*Apoſtaſiæ diffinitio & diuiſio.*
*Religioſi habitum deferentes ſunt excommunicati & apoſtatæ.* 2
*Apoſtata nunquid dicendus , qui de ſtricta ad laxiorem tranſit regulam.* 3
*Religioſus ſub habitu ferens ueſtem prohibitam an excommunicatus.* 4
*Apoſtaſia ab obedientia ſimplici quam labem contrahat.* 5
*Apoſtaſia ab ordine clericatus quæ ſit.*
*Clericus ſine habitu & tonſura incedens à quibus arcendus, & an priuilegio gaudeat.* 6

REquiritur decimoſexto inter alia crimina
ꝙ nõ ſit apoſtata.†Apoſtatæ enim ad cle 1
ricatus officium aſſumi non debent, ut in
§.apoſtatæ.l.diſt.& in.c.ibi ſeq.Eſt autem apo-
ſtaſia ſecundum ſummiſtas temerarius à ſtatu fi
dei,obediẽtię,uel religionis receſſus,inde dicta,

Universidad de Deusto
Biblioteca



quaſi poſt actio, id eſt, retrogradatio. Et ſic triplex poteſt dici apoſtaſia, à fide, à religione & obediētia. Et quæcunq; ex iſtis repellit ordinandum. Vt de prima probatur cum omnis apoſtata à fide hæreticus dicatur & infidelis: & ipſo iure excommunicatus. c. ad abolendam, de hære.
2 De ſecunda † quæ incurritur per temerariam habitus diſſeſſionem cum aſſumptione ſecularis uitæ ſimiliter clarũ eſt. Cum tales ſimiliter ſint excommunicati ipſo facto: ut eſt tex. cum gloſ. in. c. ij. ne cleri. uel mona. lib. vj. & tex. in. c. fi. de apoſta. Vbi de monacho in apoſtaſia ordinato ad ſacros, ut non poſſit in illis unq; miniſtrare deinceps ſine diſpenſatione papali. Et intelligit Dominic. ibi poſt Lapum. & Hoſti. etiam ſi retineat & portet habitum religionis, dum modo poſſit dici fugitiuus, & extra licentiam ſeu obedientiam abbatis. Et ibi per Doc. etiam de illo qui intrat aliud monaſterium in caſu non conceſſo, ut quia tranſit ad laxiorem regulam † an
3 dicatur apoſtata & excõmunicatus ipſo facto. Sunt enim de hoc opiniones. De quo per Domi. ibi & per eundem etiam plenè in dicto. §. apoſtatæ. l. diſt. ubi uidetur inclinare in partem negatiuam. Et ibi etiam ponit, quid ſi non dimittat in totum habitum religionis, ſed partem habitus: ut quia deferat habitum religionis ſubtus, & exterius habitum clericorum ſecularium. Et concludit q; ſi eſt monachus clauſtralis, incurrit excommunicationẽ ipſo facto. Allegando ad hoc glo. in cle. ij. in uerbo extrinſecus, de uita & hone. cleri. & quòd per Ioan. in. c. ſi. de reg. iur. lib. vj. in Mercurialibus. Aut nõ eſt monachus clauſtralis, ſed tranſlatus ad eccleſiam parochialẽ. & tunc extrinſecum poteſt mutare, non ex toto dimittere. De quo etiam per dictum Io. de Ana. in dicto. c. ſina. & latius per eundem in rubri. tit.



de apo. Vbi format quæſtio. & concludit quòd tales portantes habitum ex toto abſcõſum ſunt excommunicati: referendo Ioan. del. Dominic. & domi. Anto. Ita tenere poſt Ioan. & Petr. de Ancha. Licet aliqui alij cõtrà. † Et ibi etiam de 4
portante ſub habitu ueſtes prohibitas religioſis, q̃a uergatas, uel partitas, & illas breues ita q; exterius non appareant: & concludit q; non incurratur excõmunicatio propter hoc. Et idẽ etiam concludit de utente tali ueſte in domo domeſticè, ut aliquando fit: puta in ſtudio, uel ſimili loco priuato. Allegando Pet. de Ancha. hoc tenentem in clemen. quoniam, de uita & ho. cleri. per illum tex. in uerſic. publicè. Plus tenet idẽ in illo qui portaret ueſtem huiuſmodi prohibitam non continentiæ: nec cauſa proprij uſus: ſed ex alia cauſa: & per momentum temporis propter feſtũ ſocij: ut ibi plenè per eum de his omnibus. Et hoc de apoſtaſia ordinis. De † apoſtaſia 5
uerò ab obediētia ſimplici poſſet dubitari: cum illa non faciat incurri excommunicationẽ ipſo facto: ſed tantum ut per illam poſſit quis excõmunicari: facit ut per eum infamia incurratur: & à teſtimonio repellaẽ. iij. q. iiij. c. ſi quis à ſuo, &. ij. q. iij. ſi autẽ uobis. Vnde ſecundum inobedientiam commiſſam pro reſpectu eius contra quem committitur: & animum committentis & pœnitentiam ſequutam uel non ſequutã: putarem talem inobedientem repellendũ, uel non. Eſt tamen dare & aliam apoſtaſiam quæ appellaẽ apoſtaſia ab ordine clericatus: quando quis ſuſcepiſſet primum ordinem, quia primam tonſurã, & poſteà eam dimitteret: hoc eſt quia nec coronam nec habitum ſemel aſſumptum portaret. † De quo eſt dubium an poſſit iſte interim 6
quo ſic incedit ſine habitu: & tonſura ad alium ordinem promoueri: an uerò repelli quaſi apo-

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



ſtata: & an talis gaudeat priuilegio clericali, maximè fori, & canonis: ſi quis ſuadente. xvij. q.iiij. De quo quia multa dudum eſſent ſimpliciter, me remitto ad not. in dicto.c.v.de apoſta. ubi pleniſſimè per Ioan. de Ana. ultra alios: & in ſum.piſa.in uer.apoſtaſia.iiij.& in.c.ſi.de uita & hone.cle.& in.c.ex parte, de priuile.& aliquid etiam in.c.tuæ, de apo. ubi de huiuſmodi conſtitutis in minoribus: an poſſint cogi ad portandum habitum & tonſuram. Et concluſio eſt, quòd non pręciſè, ſed cauſatiuè ſic: & an ſponte renunciare priuilegio clericali quod habent uel non: aut quomodo & circa quæ omnino adde & uide quæ ſcribuntur in ſecunda parte huius ſecundæ in primo requiſito.

## CAPVT XXXI.

### REQVISITVM XVII.

1 ☞ *Peregrinus in ordinum ſuſceptione quis dicendus.*

2 *Ordinum ſuſcipiẽdorum facultatem in aliena dioceſi qui dare poßint.*

3 *Epiſcopus citramontanus an & quando ultramontanum ordinare poßit.*

4 *Cautela pro recedentibus à patria.*

5 *Literæ teſtimoniales ad ſuſcipiẽdos ordines quæ & quales eſſe debent.*

6 *Practica dioceſanorum in admittendis extraneis ad ordines.*

7 *Clerici peregrini cur arceantur à promotione uel executione ordinum.*

REquiritur decimoſeptimo, quòd non ſit
1 peregrinus, † ſumendo hoc loco peregrinos, pro omnibus illis qui nō ſunt de epi-



ſcopatu ordinãtis. Sciendum eſt enim ꝙ nullus epiſcopus poteſt de iure ordinare alienum clericum præter licentiam ſuperioris ſui: imò nec eũ ad dignitates uel eccleſiaſtica ſacramẽta admittere.lxxj.diſt.per totum: & ſpecialiter in.c.primates, & de paro.c.ij. Intelligendo ſuperiorem hoc in loco epiſcopum, de cuius dioceſi iſte qui ordinari uult oriundus eſt: uel in cuius dioceſi beneficium eccleſiaſticum habet, uel ubi habet
domicilium, licet alibi natus fuerit. † Inferiores 2
enim prælati ſiue religioſi ſiue alij non poſſunt talem licentiam dare, niſi habuerint etiam à ſede apoſtolica ꝙ poſſint ſubditos ſuos à quo uoluerint epiſcopo ordinari facere. Quinimo nec officialis epiſcopi poteſt dare huiuſmodi licentiam, ſed epiſcopo in remotis agente uicarius eius in ſpiritualibus generalis: uel ſede uacante capitulum: ſeu is ad quem adminiſtratio temporalium pertinet: poſſunt licentiam huiuſmodi dare. Religioſi etiam qui à ſuis prælatis ſunt in non exẽptis prioratibus deputati priores: & eorum ſocij: poſſunt à locorum dioceſanis quãdiu ibi morant licite ordinari: licet non ſint de ipſorum dioceſibus oriundi. Vt hæc omnia habentur in.c.cum nullus, de tempo.ordi.lib.vj. Cautus ergo debet eſſe quilibet epiſcopus in ordinationibus ſuis, ut nullum huiuſmodi peregrinũ hoc eſt de alieno epiſcopatu recipiat ad ordines: niſi prius uiſa licentia ſuperioris ſui, uel domini Papæ, aut eorum literis commendatitijs uel teſtimonialibus: quia ex hoc redderetur ſuſpenſus ipſo facto a collatione ordinum per annum integrũ: & interim clerici ſui abſq; ipſius licentia ordines poſſent recipere: poſtquàm dicti ſui epiſcopi ſuſpenſio manifeſta fuerit. Ita habetur in.c.eos, de tempo.ordi. libro ſexto, & notatur in.c. fraternitati, de cleri. non reſiden.

Universidad de Deusto
Biblioteca



3 †Et de Epiſcopis Italiæ an uel quando poſſint ordinare ultramontanum: recurrẽdum ad.c. ſæpe, de tempo.ord.lib.vj. ubi ponitur prohibitio quòd non poſſit: niſi habeat licentiam à Papa uel ab Epiſcopo unde eſt oriundus: uel in cuius dioceſi eſt beneficiatus per patentes ipſius Epiſcopi literas continentes cauſam rationabilem: quare ipſum nolit uel nõ poſſit ordinare. Et qui contra hoc ordinati fuerint: ſuſpenſi ſunt abſq; ſpe diſpenſationis etiam à ſede apoſtolica obtinende. Ordinantes etiam debent condignè puniri: ut hæc omnia habentur in dicto.c. ſæpe. Et
4 ideo † cauti debent eſſe omnes qui recedunt ex partibus ſuis, ut ſi habent intentionem clericandi uel ordinandi ſe ad maiores ordines, non recedant ſine licentia ſuperioris ſui, & literis eius teſtimonialibus uel commendatitijs. Non enim credendum eſt eis qui dicunt ſe ordinatos etiam cum iuramento ſuo: niſi aliter probent.c.ij.eod.
5 titu. Quæ† literæ teſtimoniales ſeu commendatitiæ quæ & quales debeant eſſe, ut faciant fidẽ quo ad hoc, & etiam quæ probatio requiratur, recurrendũ ad notata in.c.j.de cleri.peregri. maximè per Butrium in.j.&.ij.op. ubi diſputat an & quando requirantur quinq; illa ſigilla, quæ uidetur requirere tex. ille: uel ſufficiat unum tantum. De quo etiam in dicto.c.ſępe, & dicto.c.ij. Et ibi etiam notat Butrius practicam quam ſeruare debent dioceſani antequàm admittant ta-
6 les extraneos ad ordinis executionẽ: † uidelicet ut non ſtatim admittantur, ſed teneantur in ſuſpenſo, & interim inſtruantur de moribus eorũ: ac etiam de anterioribus ordinibus quos dicerent ſe habuiſſe. Et hoc intelligo in his qui peterent ſe admitti tanquàm clerici in eccleſijs ad officiandum ibi tanquàm rectores, uel capellani. Secus ſi tanquàm uiatores & tranſeuntes pete-



rent ſe admitti ad celebrandum ſecreto: poſſunt enim admitti, ut notat ibidẽ ipſe Butrius in.ij. oppo. & eſt tex.eod.titu.c.tuę. Poſſet etiam eſſe tam notus aliquis licet peregrinus propter atteſtationem multorum ſuorum qui ſecum eſſent & atteſtarentur de eo, uel ex fama & qualitate ſua, q; eſſet admittẽdus ſine prædicta probatione alia, ut nota.in. d.c. tuæ. † De cauſa autem 7
& ratione, quare regulariter ita repellantur huiuſmodi clerici peregrini à promotione uel executione ordinum. Vidẽdum per Hoſtiẽ. in ſum. eo.titu.de cleri. peregri.§.ij. ubi reddit quadruplicem rationem.

## CAPVT XXXII.

## REQVISITVM XVIII.

☞*Illiterati ab ordinibus repellendi.* 1
*Literarum cognitio quanta & qualis ad ſuſcipiendos* 2
*ordines deſideretur.3.*
*Sacerdotis ſtultitia nomine ſimplicitatis non excuſanda.* 3
*Ignorantia in ſacerdotibus ſummopere uitanda.*
*Sacerdotes quas literas ſcire teneantur.* 4
*Sacerdos ſimplex quos canones ſcire debeat.* 5
*Epiſcopi quid ſcire teneantur, & quam habere peritiã.*
*Pontifex in ueteri teſtamento quid ante pectus geſtabat.* 6
*Sacerdotum in ueteri lege ante ingreſſum templi mos* 7
*Epiſcopis doctrina non minus requiſita, quàm morũ ho-*
*neſtas & bona conuerſatio.*
*Epiſcopus ordinandus an & de quibus examinandus* 8
*Obiurgatio in noſtri temporis clericos.* 9
*Rationis iudicium raro in literarum rudibus compertũ.* 10

Universidad de Deusto Biblioteca



*Epiſcopus qui ſcit ſe indoctum, an poßit & debeat epiſcopatui renuntiare.*

11 *Dignitates & officia acceptantes non leuiter peccant, ſi ſe indignos ſentiunt.*

*Doctorandus, ſi ſciat ſuam inſufficientiã peccat, ſi gradum ſuſcipiat.*

12 *Beneficia eccleſiæ non ſolum pretio uel precibus quærere prohibitum eſt, ſed etiam ſimpliciter appetere.*

13 *Epiſcopatum qui deſiderat, uideat quale opus deſideret.*

14 *Epiſcopalis officij negligenter impleti periculum.*

1 REquiritur decimooctauo, quòd ſit literatus ille qui appetit ordinari. Prohibentur enim illiterati ad clericatum promoueri. c. illiteratos. xxxvj. diſtinc. ubi text. illiteratos, nullus præſumat ad clericatũ promouere: quia literis carens, ſacris non poteſt eſſe aptus officijs. Et ad idẽ tex. in. c. præcipimus. xxxiiij. di. & in. c. fi. de tempo. ordi. lib. vj. qui tex. probat, quòd nec etiam ad quatuor minores poſſit prohibendo hoc ibi: ſub pœna ſuſpenſionis à collatione ordinum per unum annum, quam incurrat ordinans ipſo facto. Quod tamen intelligendum ſecundum Domi. & ibi ſcribentes de omnino illiterato, hoc eſt inſcio literarum penitus. Vt enim ad illos quis ordinari poſſit, & in eis ſe exercere ſufficit quòd ſciat legere, & peritiã eorum habere, quæ incumbunt illi ordini: illa uidelicet de quibus in. c. perlectis. xxiiij. diſtin.

2 †Quãtum autem ad alios ſacros requiritur maior literatura. Sicut etiam maior ætas requiritur quo ad illos ut ſupra oſtenſum fuit in, xij. aliàs. xiij. requiſito & maior ſufficientia. c. cum ſit ars artium de elec. &. c. cum in cunctis. Qua-



lis autem & quãta diſtinguendum eſt ut ibi nota. inter ordinem & ordinem. Non enim æqualis in omnibus requiritur: ſed ſufficit quòd tanta habeatur in unoquoq;, quantam exigit ordo ille ad quem ordinatur quis. Quæ autem exigantur in unoquoq; ordine dictum fuit ſupra in prima parte in uerſi. quid autem ad unumquẽq; & habetur in. d. c. perlectis, & facit quod infra ſtatim ſubditur. Et ad confirmationem huius requiſiti quòd in ordinando requiratur ſcientia & literatura: multa quidem & plurima poſſent allegari. Maximè quæ ſcribit Gratia. xxxvj. di. per totum cum duabus diſt. ſequentibus. Dum ibi in dicta. xxxvj. diſt. §. j. ponit inter alia iſtud dictum ad literam. † Oportet ordinandum eſſe 3
prudentem: quod contra eos notandum eſt, qui ſub nomine ſimplicitatis excuſant ſtultitiã ſacerdotum. Et ſubdit, prudentem autẽ eſſe oportet, non ſolum literarum peritia: ſed etiam ſecularium negotiorum diſpoſitione. Quod dictum nititur deinde probare per plures auctoritates ibidem in. §. ecce quod ſacrarum literarum. & xxxviij. diſtin. per totam illam diſt. Maximè in c. ibi primo: ubi tex. ad literam ignorantia mater cũctorum errorum maximè in ſacerdotibus dei euitanda eſt: qui docendi officium in populo ſuſceperunt. Et concludit in fine. † Sciant er- 4
go ſacerdotes ſcripturas ſacras & canones: & omne opus eorum in prædicatione & doctrina conſiſtat: ut cunctos ędificent tam fidei ſciẽtia: quàm operum diſciplina: & in. c. ſi in laicis, quod ſequitur ibi. Si in laicis uidetur intolerabilis ignorantia: quãto magis in clericis & his qui pręſunt nec excuſatiõe digna nec uenia. Et ideo in. c. quæ ipſis, quod & immediate ibi ſeqtur, enumerant aliqua neceſſaria ipſis ſacerdotibus addiſcẽda, & in fine dicit: ex qbus oibus ſi

Universidad de Deusto
Biblioteca



unum aliquod defuerit, ſacerdotis nomen uix
in eo conſtabit:quia ualde periculoſę ſunt euan-
gelicæ minæ, quibus dicitur.Si cęcus cęco du-
catum præſtet,ambo cadunt in foueam. Ita ibi
tex.ad literam & eſt Auguſti.docto. ſancti imò
tex.unus alius ibi in.c.nulli uidetur uelle, quòd
teneatur ſacerdos habere ſcientiam iuris cano-
nici,dum inquit ad literam. Nulli ſacerdotum
liceat ſacros canones ignorare, & cætera. Non
tamen hoc tenēdum in ſacerdote ſimplici: ut di
cit ibi gloſ. in uerbo canones,oſtendendo quo-
modo debeat intelligi,dū ſupplet ad illud uer-
5 bum†canones.ſ. penitētiales quos tenetur qui-
libet ſacerdos ſcire ſecundum eam. Non autem
tenetur habere peritiam canonum generaliter:
niſi ſecundū gloſ.illam eſſet epiſcopus:qui epi-
ſcopus tenetur habere ſcientiam & peritiam iu
ris canonici:& pro hoc text.quem allegat in.c.
j. de conſangui.& affinita. Per quem text. hoc
ibi tenent ſcribentes Abbas & alij: & idem In-
nocen.& poſt eum alij:etiam in.d.c.cum in cun
ctis,de elec.ubi expreſſè dicit, quòd tenetur ha-
bere ſcientiam ueteris & noui teſtamenti. imò
idem in om̄i alio prȩlato,ad quem ſpectaret co-
gnoſcere de cauſis ut teneatur ſcire iura. argu.l.
j.C.de ueteri iure enucle.in quātum ibi dicitur,
Turpe eſſe patritio uiro cauſas peroranti ius in
quo uerſatur ignorare : & quia turpe eſt(ut in-
quit ipſe ibi)de aliorū manibus quærere : quod
apud ſe debet inuenire: Et quòd hoc ſit uerum,
quòd in epiſcopis omnino ſit neceſſaria ſciētia
maximè ſacrarum ſcripturarum: uideatur Gra-
tia. omnino in.d.§. ecce quòd ſacrarum.xxxvj.
diſtin. ubi per plurimas auctoritates & figuras
6 ueteris teſtamenti nititur hoc probare.† Addu-
cendo illud quod habetur originaliter Exodi
xxviij.c.ubi de pontifice qui inter cætera orna-



menta, rationale quoddam deferebat in pecto-
re:in quo erant deſcripta uerba hæc:Manifeſta-
tio, & cognitio ueritatis. Ad denotandum per
figuram illam,quòd in pectore pontificis mani
feſta debet eſſe cognitio ueritatis. Quodque ita
in promptu eam debeat habere, ut neceſſe non
habeat ab alijs quærere,quod ipſi ex officio in-
cumbit alios docere. Debet enim eſſe talis &
tam peritus,ut paratus ſit omni poſcenti ratio-
nem reddere. Ita dicit ibi ipſe allegādo dictum
Petri apoſtoli in epiſtola ſua & ibi glo.in uerb.
rationem. Argumen.quòd prȩlatus tenetur re-
ſpondere ad omnes quæſtiones ſibi propoſitas.
Adducit etiam ibi figurā de ſacerdotibus,† qui 7
ingreſſuri templum uel tabernaculum prius la-
uabantur in labro æneo, quod fecerat Moyſes
de ſpeculis mulierum. Adducit etiam ad exem-
plum Dauid:qui prius gratia ſpiritusſancti do
num ſcientiæ accepit : & poſtea regni admini-
ſtrationem aſſecutus eſt. De Salomone etiā,
qui non diuitias,non longa tempora huius ui-
tæ:ſed ſapientiam à deo expetijt,& impetrauit.
Adducit etiam alia multa: ex quibus tādem in
fine concludit liquidò patere,quòd non ſufficit
prȩlatis bona conuerſatio & morum honeſtas,
niſi addatur & ſcientia doctrinæ. Et ideo dici
poteſt hac de cauſa introductum fuiſſe à iure ſe-
cundum canones antiquos,ut non ante conſa-
cretur electus in epiſcopum, quàm examinetur:
primo an habeat in ſe qualitatem iſtam : & ul-
tra hanc alias etiam de quibus in.c. qui epiſco-
pus.xxiij.diſt.ubi text.ad literam.†Qui epiſco- 8
pus ordinandus eſt antea examinetur ſi natura
ſit prudens,ſi docibilis, ſi moribus temperatus,
ſi uita caſtus,ſi ſobrius,ſi peruigil,ſi humilis, ſi
affabilis,ſi in dogmatibus eccleſiaſticis exerci-
tatus, & ante omnia ſi fidei documenta uerbis

ſimplicibus aſſerat:& quæ ſint illa fidei documenta: què principaliter tenetur ſcire & aſſerere, proſequitur ille canon enumerãdo plura uſq; in finem. & ad idem tex.in.c. omnes pſallentes. xxxviij.diſtinc. Diffinimus omnem qui ad epiſcopatus prouehendus eſt gradũ: ut modis omnibus pſalterium noſcat, & ad hoc etiam omis clerus qui ſub eo eſt moneatur:inquiraturq; ab eo ſi in promptu legem habeat ſcrutabiliter, & non tranſitorie: & tam ſacros canones & ſanctum euangelium:quàm diuini Apoſtoli librũ, atque omnem diuinam ſcripturam: & ſecũdum mandata conetur docere populum ſibi commiſſum. Subſtantia enim ſummi ſacerdotis ſunt eloquia diuinitus tradita.i.uera diuinarum ſcripturarum notitia: quemadmodũ magnus prohibet Dionyſius quòd ſi diſceptauerit, & ita libenter facere & docere minimè ſpoponderit, minime conſacretur. Ait enim deus Malachię prophetæ.viij. Tu quidem ſcientiam repuliſti à te: & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mi-
9 hi. Ita ad literam habetur ibi.† Quod utinã hodiernis temporibus obſeruaretur: quod quoniã (ut præcipitur)non obſeruatur: nõ mirum ſi tot ignorantes per conſequens inſufficientes & indignos uidemus quotidie præfici, à quorũ ignorantia & inſufficientia quot & quanta deinde mala proueniant uideatur dominus Ant. poſt Hoſtien. in.c. cum in iuuentute.de purga. cano.tales enim ignorantes procedunt(dicunt ipſi ibi)non ſecũdum rationis iudicium, ſed potius ſecundum cõſcientiam ſuam & capitoſam uoluntatem:cum ſecundum ius deberent procedere, & ſic procedendo ſecundum illud non timere conſcientiam. Quin potius eam informare, & conformare ſe cum diſpoſitione canonum prout debitores ſunt;iuxta.c.j.de conſtit.Expe-



dit enim & decet(ut alibi inquit tex.not.in.c.ij. de regula.lib.vj.)ut conſcientię puritati nõ deſit iudicium rationis.† Quod iudicium rationis 10
raro contingit inueniri in huiuſmodi idiotis patientibus defectum ſcientiæ ſibi permaximè neceſſariæ:ut ex pręmiſſis patet. Propter cuius cõſcientiæ defectum permittit, ut ſuadet ius noſtrum:ut epiſcopus qui ſentit in ſe defectũ hũc: renũtiare poſſit epiſcopatui, imò renuntiare potius debeat, quam retinere:quaſi cum bona conſcientia non poſſit talis retinere eum, Inquit enĩ in hęc uerba. Pro defectu quoq; ſciẽtiæ poteſt quis petere ceſſionem(quia ipſa ſcilicet ſciẽtia circa ſpiritualium adminiſtrationem ſit potiſſimè neceſſaria, & circa curam temporaliũ oportuna) pręſul qui cõmiſſam ſibi regere debet eccleſiam in utriſq; ſalubriter ei renuntiat. Tu enĩ (inquit dominus)ſcientiam repuliſti à te, & ego te repellam ne ſacerdotio fungaris.† Per quem 11
textum & rationẽ uidetur poſſe dici, quòd peccent omnes & grauiter peccent:qui officia acceptant & dignitates ad quas ſe noſcunt inſufficiẽtes, propter defectum huiuſmodi uel alium. Quaſi uel præſumptuoſi nimis uel ambitioſi: uel exponentes ſe periculo peccati. Ita reperio Abba.tenere poſt Innoc.in.d.c.cum in cunctis. de elec.pro hoc allegando quod in ſimili no.gl. ſingulariter in clemen.ij.de magi. ubi de eo qui cum ſentiat ſe in conſcientia ſua inſufficientem & indignum:facit ſe promoueri ad gradum doctoratus:ut dicatur talis peccare. Si enĩ hoc eſt in dignitate doctoratus:ergo fortius in dignitatibus eccleſiaſticis:& prælaturis maximè curatis : quas ne dicam pretio uel precibus quærere prohibitum,†imo ſimpliciter appetere: cum ad 12
eas aſſumi deberet nullus, niſi à deo uocatus:tãquam Aaron ; iuxta.c.in ſcripturis. viij.q.j. &

Universidad de Deusto Biblioteca

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



habetur pulchrè in.l.ſi quemq́;.C.de epi. & cle.
ubi tex.no.ad hoc propoſitum,in quo de epiſco
po dicũtur multa:qualis uidelicet eligi debeat,
& qualiter, & quomodo electus debet renuere,
& inuitatus effugere : ſolaq́; ſuffragari debet ei
neceſſitas excuſandi:alias quidem indignus eſt
ſacerdotio : niſi ordinatus fuerit inuitus. Licet
malè obſeruetur hodiernis diebus cõſiliũ iſtud,
ſeu monitio illa. Cum uideamus epiſcopatus
noſtri temporis nedum deſiderari,imo quæri cũ
inſtantia oportunè & importunè,nõ ſolum pre
13 ce, ſed & pretio,quod deteſtabilius eſt. †Quod
profectò non facerent homines,ſi ſcirent & con
ſiderarent attentè quãtum oneris inſit in digni-
tatibus iſtis eccleſiaſticis, maximè epiſcopati-
bus.Eſt enim epiſcopatus nomẽ oneris non ho-
Σκοπός. noris.Scopos enim grecè latinè intẽdens & ſpe
culator dicitur,ut intelligat ſe non eſſe dignum
uocari epiſcopum : qui epiſcopatum acceptat:
non ut proſit principaliter: ſed ut præſit. Ita di-
cit tex.in.c.qui epiſcopatum.viij.q.j. Quo one-
re conſiderato audet Auguſtinus uti his uerbis
in epiſtola ad Valerium: cuius uerba tranſum-
14 ptiuè in.c.ante omnia.xl.diſt.† quòd nihil diffi-
cilius,periculoſius,damnabiliusq́; epiſcopi of-
ficio,ſi perfunctorie res agatur. Econtra tamen
nihil acceptabilius quo ad deũ, ſi eo modo mi-
litetur,quo militari debet.Quis autẽ ſit ille mo
dus,non exprimit ipſe aliter ibi.

## CAPUT XXXIII.

1 *Dignitates eccleſiaſticæ nunquid aliquomodo poſ-ſint appeti.*
2 *Epiſcopalis dignitas tria requirit.*
3 *Epiſcoporum opera qualia eſſe debeant.*

*Scientia*



*Scientia qualis & quanta in epiſcopo requiſita.* 4
*Scientia eſt in triplici differentia.* 5
*Eligendorum ad epiſcopatum uter præferendus theolo-gus an canoniſta.* 6
*Epiſcopus an debeat eſſe doctor.*
*Papa qualem habeat ſcientiam.* 7
*Memoriæ lapſus etiam capit pontificem.*
*Ordinandus quiſq; an & de quibus examinandus.* 8
*Sacerdotes ſcire debent grammaticam.* 9
*Libri uulgares malè idonei ſacerdotibus.*

SEd de hoc† an epiſcopatus & dignitates ec- 1
cleſiaſticæ poſſint aliquo modo deſiderari
uel quæri,uel qualiter:recurrendum ad not.
in dicto.c.qui epiſcopatum per Archi.& Domi
nic.& quod pulchrè per Cardi.& Ioan.de Imo.
in clemen.in plæriſq́;,de elec. & ad beatũ Tho-
mam in cathena ſua aurea ſuper Matthæ.& per
eundem melius ſecunda ſecundæ. q.clxxxv.ubi
oſtẽdit quomodo in epiſcopatu tria poſſunt cõ
ſiderari.† Unum eſt principale & finale.ſcilicet 2
epiſcopalis operatio,per quã utilitas proximo-
rum intẽditur. Aliud eſt altitudo gradus : quia
epiſcopus ſemper conſtituitur, ſecundum quod
conſequenter ſe habet ad iſta ſcilicet reuerentia
& honor & ſufficientia temporaliũ:& ibi oſten
dit, ꝙ ad nullũ iſtorũ finium poteſt deſiderari:
quia non ad ſecundũ,neq́; ad tertiũ: quia unum
pertinet ad cupiditatem, aliud ad ambitionem,
ut de ſe patet.Non etiam ad primum, quia perti
net ad præſumptionem , ut enim dicit Auguſti.
in dicto.c.qui epiſcopatũ locus regiminis & ſi
adminiſtretur ut decet, non tamen decenter ap-
petitur. Videndum ibi & per Archiepiſ. Flo. in

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſum.ſua,in.iij.parte,titu.xiij.c.vij.& de quo per
3 Gregorium in paſtorali ſuo, † ubi ponit qualia
debent eſſe opera epiſcoporum. Tranſſumptiuè
aliquid per Gracia.in.c.ſit rector.xliij. diſ.& in
c.qui epiſcopus.xxiij.diſ. & adde etiā alios bo-
nos tex.ad propoſitum tex.in.c. ſi quis uult eſſe
pōtifex.xxxvj.diſ.& in.c.ſi officia.lix.diſt.& in
c.in ſingulis.lxxvij.q. & in.c.in ſcripturis. viij.
q.j.& uideat̃ glo.ad hoc bona in.§. ſed & aliud.
lx.diſ.ubi an iuſtè in mēte poſſit quis gerere,qđ
non uult ordinari niſi ſit electus in epiſcopum.
Qualis autem & quanta ſcientia requiratur in
epiſcopo:quia ex præmiſſis non adhuc apparet
declaratum bene:dicendum præmittendo illud
quod notat Innoc.in.c.cum in cunctis,de elect.
4 ubi nota.† quòd triplex reperiri poteſt ſcientia
in homine,eminens, mediocris & competēs ſeu
ſufficiens. Eminens dicitur, per quam quis po-
teſt difficillimas etiam quæſtiones ſoluere, diſ-
finire & ad eas reſpondere: etiā ſine alia librorū
reuolutione. Mediocris, per quam quæſtiones
huiuſmodi potens eſt decidere,ſed non ſine reuo
lutione librorū.Competens uerò uel ſufficiens,
quando tanta eſt,quæ ſufficit illi de quo quære-
retur ſecundum qualitatem ſtatus in quo reperi
tur,attenta ſcilicet qualitate officij, dignitatis,
uel beneficij. Si ergo quæratur, quæ harum re-
5 quiratur in epiſcopo:† dicendum quòd non pri-
ma,non etiam ſecūda neceſſario requiritur, ſed
tertia illa uidelicet competens. Ita probat tex.
in.c.niſi cum pridem.§.pro defectu quoq;,de re-
nun.Dicitur enim ibi, quòd quanquàm deſide-
randa ſit eminens ſcientia in paſtore:Competēs
tamen in eo toleranda eſt. Et reddit rationem.
Quia ſecundū Apoſtolum ſcientia inflat: Cha-
ritas autem ædificat: & ideo imperfectum ſcien
tiæ ſupplere poteſt perfectio charitatis. Ita etiā



concludit ibi Abbas poſt Inno. & alios, & idē
Abb.in.c.j.de conſan.& affi. Addens quòd non
tamen requiritur quòd epiſcopus ſit doctor iu-
ris canonici, ſed ſatis eſt quòd habeat aliqualē
ſcientiam:& allegat dictam rationem. Quia li-
cet eminens deſideretur,competens tamen tole-
ratur.c.penul.de præben.&.c. cum nobis olim,
de elec.& ibi mouet̃ quæſtio,† qđ ſi duo eligan- 6
tur ad epiſcopatum:quorum unus ſit theologus
alius canoniſta,uter ſit præferendus data pari-
tate:& cōcludit ꝙ canoniſta:niſi ſit locus ī quo
pullulent hæreſes,uel locus uicinus. Si tamē ſit
mixtus aliquis, quia & theologus & canoniſta
illum dicit præferēdum:quòd tamen epiſcopus
debeat eſſe doctor, uidetur facere tex. in.c.con-
uenientibus.j.q.vij. in uer. item Conſtantinus.
ubi tex.non oportet nos qui preſumus indigere
doctrina:ſed aliorum eſſe doctores, niſi reſpon-
deatur ſumendo uerbū illud doctores largè,hoc
eſt inſtructores .De Papa uerò dicit Abbas ibi
in dicto.c.cum in cūctis, quòd cum dicatur ipſe
eſſe in eminentiori ſtatu & ſupremo omniū, &
habere curam uniuerſi † certè requirit̃ in eo ma- 7
ior ſcientia,quàm in omnibus alijs. Et ideo dici
tur ipſe habere omnia iura in ſcrineo pectoris
ſui.c.j.de conſti.lib.vj. Sicut etiā de imperatore
dicitur in.l.omniū.C.de teſta.Quod tamen qua
liter intelligendum:cum & ipſe aliquando repe
riatur deficere in memoria iurium, ut probatur
in.c.præterà.xxiij.diſ.propter memoriam homi
num labilem,cum & ipſe ſit homo, uidendū ibi
per docto.In Cardinalibus uerò,archiepiſcopis
& alijs inferioribus prælatis,ac ſimplicibus ſa-
cerdotibus, diaconis, uel ſubdiaconis, & dein-
ceps poteſt dici idem quod ſupra de epiſcopis
ut requiratur competens:& ſic maior uel minor
ſecundū exigētiam ſtatus,dignitatis,officij, ſeu

Universidad de Deusto Biblioteca



8 ordinis ſui.† Vt ſi ad ſubdiaconatum ordinandus ſit quis uel diaconatum: ſciat ſaltem bene & expeditè legere; ne faciat confuſionem coram populo in legendo: ar.xxj.diſt.c.cleros, & operã promittat dare addiſcendi grammaticalia, ſi illa adhuc neſcit. Inſuper ut ſciat dicere & inuenire officium, cum ad hoc teneatur ex præcepto. Aliàs ſi non habet modũ dicendi illud: uel quia non habet commoditatem breuiarij, uel quia neſcit per ſe nec cum alio dicere, non debet ordinari. Aliàs talem ſcienter admittens uel ordinans dicitur peccare mortaliter: cum det illi occaſionem quotidie peccandi mortaliter illud o-
9 mittendo.† Si uerò ſit ad ſacerdotium ordinandus, uidetur neceſſarium quòd ſaltem ſciat grãmaticam, & præcipuè ſi eſt ſacerdos ſecularis: quia tales communiter exponuntur ad curam animarum: quæ malè poteſt exerceri ſine lectura & intelligentia librorum: qui habentur in literali, & non in uulgari.

## CAPVT XXXIIII.

1 ☞ *Literarum peritia nunquid religioſis neceſſaria.*
2 *Religioſi confeßionibus aut concionibus addicti qualem habere debeant ſcientiam.*
3 *Studium an conueniat religioni.*
4 *Lectionis maximè approbatorum autorum effectus. Crates philoſophus cur aurum in mare proiecerit.*
5 *Studia quæ religioni ſint apta.*

VTrum autem in religioſis requirat̃ quòd etiam ipſi habeãt ſcientiam literarum & intelligentiam: Innoc. in dicto. c. cum in
1 cunctis† uidetur uelle quòd non. Dum dicit ipſe ibi, quòd tales magis indigent contemplatione quàm ſcientia: arg. xvj.q.j.in.l. & quia in eis defectum ſcientiæ ſupplere poteſt, & debet perfectio charitatis dicto.c.niſi, de renun. & idem Archiepiſ.Flo. in tit. de prælatis.c.vij. cum ex uocatione ſua non deputentur ipſi ad regimen animarum: unde ſufficit eos ſcire quæ pertinent ad debitam adminiſtrationem ſacramentorum: & precipuè pœnitẽtiæ. Ideo uidetur ſufficere quòd ſciant bene legere & expeditè miſſam & diuinũ officium, & quæ pertinent ad debitam materiã & formam Euchariſtię & celebrationis Miſſæ. Hoc tamen de monachis & religioſis putarem ego intelligendum:† niſi eſſent tales qui ex con- 2
ſuetudine & ipſi audirent confeſſiones: tunc enim in talibus putarem commendabilem: imò neceſſariam eſſe ſcientiam. Et hoc propter multas autoritates quæ ad hoc poſſent adduci: de quibus. xvj.q.j.in multis ibi capitulis: maximè in.c.ſic uiue, ubi tex. Hierony. Sic uiue in monaſterio, ut clericus eſſe merearis: multo tempore diſce, quæ poſtmodum doceas: & in.c.ſi clericatus.cau.ea.&.q. Clericatus titillat deſiderium, diſcas qđ poſſis docere: ne ſis miles antequam tyro, & magiſter anteꝗ̃ diſcipulus: mihi placet ut neꝗ̃ teipſum doceas, neꝗ̃ abſꝗ̃ doctore uiã ingrediaris, quam nunquam ingreſſus es: & eſt tex. Hiero. ad Ruſticum. Et Auguſti. in regula. Codices certa hora diebus ſingulis petãtur. Sed de hoc dubio.vij.q.† An ſtudium conueniat re- 3
ligioni uel ne. Recurrendum ad ea quæ ſcribit beatus Thomas ſecunda ſecundæ. q. lxxxviij. Vbi concludit quòd triplici reſpectu poteſt dici conuenire. Primo, quia adiuuat contemplationem. Secũdo, quia adiuuat ad prædicandũ, & confitendum, & conſulendum in caſibus cõſcientiæ in illis religionibus, in quibus hæc &

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſimilia exercitia permittũtur. Tertio, quia ua-
let ad uitandam carnis laſciuiã iuxta illud Hie-
ro. ad ruſti. mo. Ama ſcientiam ſcripturarum, &
carnis uitia non amabis: de quo de conſecra. di.
4 v. nunꝗ. † Poteſt etiam dici ꝙ inſuper & proſit
ad auferendas tentationes & paſſiones multas,
& ex animo ſubleuandas: maximè cupiditatem
diuitiarum: exemplo Cratis illius Thebani qui
cum ad philoſophandum Athenas pergeret, ma
gnum auri pondus abiecit: non enim putauit ſe
poſſe & diuitias & ſciẽtiam ſimul poſſidere: ut
habetur in. c. gloria epiſcopi. xij. q. ij. Item etiã
excitentur ad opera uirtutis per autoritates &
exempla quæ legunt, maximè uerò ad obedien-
tiæ documentum. Dum per ſcripturas obedien-
tia commendatur tantopere & oſtenditur neceſ
ſaria, ut eſt pulcher tex. de ea in. c. ſciẽdum. viij.
q. j. Addit tamen Thomas ubi ſupra ꝙ non om-
ne ſtudium cõuenit omnibus religioſis: neq; in
omnibus religionibus: quæ non in illis quæ nec
ad prędicandum nec ad confitendum ſunt depu
tatæ: Exemplum in monachis quibus hæc non
competerent de conſuetudine: ſicut nec de iure
5 competunt. † Illis enim conuenit magis ſtudiũ
ſeu lectio ſcripturarum ſacrarum & deuotorum
librorum: ꝙ; ſcientia iuris: uel huiuſmodi ſcien-
tiæ ſeculares. Ita refert & ſequit̃ Archiepiſ. Flo.
in ſum. ſua, in. iij. parte, de ſta. homi. titu. ix. Sed
hæc ſatis de religioſis: habent enim ipſi ſuas cõ-
ſtitutiones & conſuetudines inter ſe: ſecundum
regulas: quibus ſunt relinquendi.

## CAPVT XXXV.

1 *Literæ humaniores utrum clericis interdictæ.*
2 *Libri non uoluptatis cauſa ſed eruditionis legendi.*
*Eccleſia cathedralis quælibet grammaticum ad erudien-*



*dos iuuenes habere debet.*
*Poëtarum lectio etiam clericis laudata.* 3
*Finis in qualibet doctrina inſpiciendus.* 4
*Studere in iure ciuili aut phiſica nunquid permiſſum cle* 5
*ricis.*
*Phiſica nunquid religioſis interdicta, Et quid de legibus.* 6

REdeundo ergo ad ſeculares clericos: poſ-
ſet quantum ad hoc propoſitum de litera
tura in eis neceſſaria dubitari: † an non ſo 1
lum ſacrarum literarum, ſed etiam ſecularium
deceat eos eſſe eruditos: & propter hoc poſſint
ſe dare ſtudio etiam librorũ gentilium. De qua
quæſtio. per Graci. xxxvij. di. per totũ. Vbi pri-
mo arguit per plures autoritates quòd non: Se-
cundo per alias quòd ſic: Tertio ſoluit in. §. cur
ergo, ibi uidendum & ibi in glo. illa ſummę quę
circa hoc de gentilium libris dicit attendẽdum
finem, per quem leguntur. † Si enim cauſa dele- 2
ctationis & uoluptatis, hoc non licet eccleſia-
ſticis uiris. Si cauſa eruditionis, ut per eos ſcia-
tur rectè loqui & diſcerni uerum à falſo: & hoc
eſt licitum. Ita probatur in. c. legimus. c. diſt. Et
pro hoc quòd ſit licitum ad hunc finem legere
& ſtudere in eis, patet: quia aliàs eccleſia non or
dinaſſet, ut quælibet eccleſia cathedralis debe-
ret tenere magiſtros liberaliũ artium, ad minus
grammaticæ: qui clericos & alios pauperes gra
tis inſtruant, ut in. c. j. &. c. quia nõnullis, de ma
gi. &. xxxvij. diſtinc. c. de quibuſdam. Tex. ta-
men in. c. ſi quis. xxxvij. diſt. uidetur uelle quòd
licet grãmaticam & dialeticam ad hunc finẽ li-
ceat addiſcere. Non ſic tñ geometriã, arithmeti-
cam & muſicã: quia licet illæ ſcientiæ cõtineãt
in ſe ueritatem, non tamen ducunt ad pietatem.

Universidad de Deusto Biblioteca



Licet in contrarium quòd imò poſſit licite ope
ram dare illis:etiam multum faciat tex. ibidem
3 in.c.turbat,& in.c. ſi quid ueri. † Qui plus pro=
bat, etiam de poëſi : quòd non ſolum licitè imò
etiam laudabiliter poſſit ſtuderi in ea: ut ſcili=
cet errores gentilium legendo deteſtemur,& uti
lia quæ in eis inueniuntur: ad uſum ſacræ erudi=
tionis inuertantur. Vt enim ibi dicitur in dicto
c.qui de menſa. Si quis aduerſus mathematicos
uelit ſcribere, ĩperitus matheſeos riſui patebit.
Item quia ut dicit text.in.c.turbat.ead. diſtinc.
Alioquin Moyſes, & Daniel ſapiẽtia & literis
Aegyptiorum:Chaldeorumq; non fuiſſent eru=
diendi, quorum tamen ſuperſtitiones ſimul &
delicias horrebant. Nec ipſe magiſter gentium
4 † Paulus Apoſtolus aliquos uerſus Poëtarum
ſuis in ſcripturis inſeruiſſet. Et ideò uidet̃ quòd
etiam in huiuſmodi ſcientijs nõ ſit prohibitum
inſtrui : etiam ad prædictum bonum finem : ita
tamen ut nequid nimis: & ita ne propter ſtudiũ
ipſarum utiliora ueniant prætermittenda: quia
ut dicit tex.in.c.mediocriter,de conſecra. diſ.v.
Non mediocriter dicitur errare, qui minus bo=
num præfert maiori bono. De hoc etiam poteſt
recurri ad ea quæ ſcribuntur in ſum. confeſſ. li=
bro.iij.titu.v.q.j.Et de legibus ciuilibus in par=
ticulari aut phiſica, nunquid ſacerdotes maxi=
mè poſſint ſtudere in eis : & ad eas addiſcendas
publicè intrare: de hoc in.c. ſuper ſpecula ne cle
5 ri.uel mona.& in.c.j.xxxvij.diſt.ubi glo.† quòd
leges ciuiles poſſunt audiri,ut melius intelligã=
tur canones per eas: quæ tamen gloſ. nihil alle=
gat:ſed pro ea uidetur facere tex.in.c. ij. de ope.
no.nun.&.c.ſummopere.ij.q.iij.&.c. ſi in adiu=
torium.x.diſtin. Communiter tamen non tene=
tur hoc ita indiſtinctè:quia nõ in ſacerdotibus,
archidiaconis, decanis, plebanis, præpoſitis,



cantoribus & alijs clericis perſonatus habenti
bus ſicut primicerius, theſaurarius, prçcentor,
ſuccentor, archipresbyter, & ſimiles habentes
perſonatum de iure uel conſuetudine eccleſiæ.
Solum eſt dubium de habentibus curam anima
rum nunquid ligentur illa cõſtitutione, de qua
in ſumma ne cleri.uel mona.§.fina.& ibi tenet
quòd ſic:ſed hodie eſt expreſſum in.c.j. eo. titu.
ne cle.uel mona.lib.vj.de quibus in.c.ſuper ſpe
cula.eo.titu.in antiquis:ubi expreſſè prohiben=
tur huiuſmodi eccleſiaſtici ab audiendis prçdi=
ctis duabus ſcientijs,legibus uidelicet & phiſi=
ca:ſub pœna excõmunicationis ipſo facto in=
currendç: niſi infra ſpatium duorum menſium
deſtiterint. † Et idem de religioſis omnibus ex= 6
tra clauſtrum exeuntibus ad dictas ſcientias au
diendas:imò etiam ſi in clauſtris exiſtentes au=
diant à doctore uel alio legente in camera : ſecũ
dum aliquos licet Abba.hoc ultimum ſimplici
ter non teneat ibi. A ſeipſis autem non uidetur
prohibitũ quòd poſſint ſtudere in camera,quã=
do fieret ad finem melius intelligendi canones,
ſecundum eum ibi.Et quod ultimum nota. pro
illis clericis & prçlatis,qui habent ſtudium re=
fertum libris legalibus,& ſtudẽt in eis in came=
ra ut licitè poſſint. Cæteri autẽ clerici ultra præ
dictos non prohibẽtur,etiam ſi in ſacris.c. cum
ex eo,de elec.lib.vj.& ut nota.in.d.c. ſuper ſpe=
cula,ubi latius de hoc.

## CAPVT XXXVI.

☞ *Diſpenſari ad ordines cum illiterato an poßit,& per quem.* 1

*Illiteratus ſine diſpẽſatiõe ordinatus recipit characterẽ.* 2

*Illiteratus ordinatus literis operam dare tenetur.*

Universidad de Deusto Biblioteca



VNum ſolũ reſtat attingere circa hanc qua- litatem literaturæ: an poſſit epiſcopus circa eam diſpenſare, diſpenſando cum illiterato aliquo: & ſic diſpenſatiuè admittẽdo eũ.
1 † Ad quod reſpondetur, quòd aut eſt omnino illiteratus: & certè non uidetur quòd poſſit circa talem, ex quo expreſſè prohibetur à iure ut non ordinetur. c. illiteratos. xxxvj. diſtinc. cum alijs preallegatis: maximè. c. fina. de tempo. ord. Aut nõ eſt omnino illiteratus: ſed ſcit tot literas quę ſufficiunt quo ad executionem eius quod ſibi incumbit ex ordine uel officio & poteſt: imo ſine diſpenſatione talis poteſt admitti per ſupradicta, aut non ſcit tot quæ aliquomodo ſufficiant: & tunc putarem attendendum an iſte ſit talis, de quo nõ ſit ſpes quòd in futurum debeat addiſcere: propter groſſitiẽ intellectus uel ætatem, aut repugnantem omnino uoluntatem, & non debeat nec poſſit diſpenſari per dicta iura: aut talis de quo ſit ſpes quod debeat addiſcere: quia docilis, id eſt aptus ad diſcẽdum & de quo ſperari hoc poſſit ueriſimiliter: & poſſit tunc recepta promiſſione, quòd ad hoc dabit operam ad hoc quod notat Hoſtien. & ibi Abbas poſt eum in. c. cum in cunctis. in principio. de elect. qui Hoſtienſis ſentit quòd non, niſi ex magna cauſa debeat: licet Abbas non ſimpliciter ſic hoc teneat, ut ibi per eum: & de qua quæſtione per Dominicum in cap. finali, de tempori. ordi-
2 natio. † Concludit etiam unum ibi Innocent. in dicto capitulo cum in cunctis. & ibi etiam Abbas, quòd licet ut premiſſum eſt non debeat illiteratus ordinari, ſi tamen de facto ordinetur: recipit characterem: quia ex quo eſt baptizatus, capax eſt cuiuſcunque ſacramenti. capitu. ueniens, de presbytero non bapti. Adeo quòd ut alibi dicit Petrus de Anc. ſi ſtatim quo quis



eſt baptizatus, licet infans unius diei ordinaretur, reciperet characterem, licet malè faciat ordinans ſic talem ordinando: ita ſignanter notat ipſe in clementina prima de ætate & qualitate. Vnum etiam aliud non omitto & hoc ad inducendos eos clericos qui ſunt docilis ingenij: & habent modum & facultatem ſtudendi. † Tenentur enim tales in conſcientia dare operam 3
ſtudio literarum. Adeò quòd peccant, ſi hoc non faciant ex negligentia: cum tales teneantur plus ſcire, & ſic plus addiſcere quàm laici, etiam ſi ſint ſimplices tantum clerici: multo fortius ſi curati. Ita ſumo notanter ex notatis per Innocentium & ibi doctores in cap. primo de ſumma trinitate & fide catholica. Vbi dicit hæc uerba quòd cautus debet eſſe ſacerdos in confeſſione in interrogando tales: quare non didicerint utrum propter negligentiam, an uerò propter aliam excuſabilem cauſam: & quòd peccent tales mortaliter: firmat etiam expreſſe domi. Cardinalis in clementina. j. de conceſſio. præben. circa principium, & nota bene hoc.

## CAPVT XXXVII.

☞ *Qualitates circa ordinandos ſunt ſexdecim, quarum nulla deficere debet.* 1

*Examinatio anteire debet ordinationem, Et qui examinandi.* 2

*Ordinandus qui ſcit ſua crimina, an illa teneatur reuelare.* 3

*Examinatus ſine examine an deponendus, etiam ſi ſuffi-* 4

Universidad de Deusto
Biblioteca



*ciens repertus.*
*Docti nunquid in ordinibus examinandi.*
5 *Ordinans indignum peccat mortaliter, & tenetur ad in-*
*tereſſe.*
6 *Beneficia plura uni digno potius committẽda, quàm plu-*
*ribus indignis.*
*Canonicus quidã cur in electione aſinum monaſterij eli-*
*gendum dixerit.*
7 *Indigni dignorum defectu admittendi.*
8 *Inuehit contra prælatos religioſorum admittentes indi-*
*gnum.*
9 *Nobilitas nũquid iuuet ordinandũ ſi aliter ſit incapax.*
*Vtilitas temporalis non præponenda ſpirituali.*

EX prẹmiſſis ergo oibus concludendo quæ
ſcilicet ſcripta ſunt à principio huius ſecũ-
1 di libri hucuſque patet oſtenſum† qualiter
inter alias qualitates quæ in ordinandis requi-
runt̃: ſexdecim prẹcipuè ſunt: quæ habẽdẹ ſunt,
& attendendẹ in unoquoq;. Quarum aliqua ſi
defecerit: non eſt talis admittendus. Aliàs pec-
cent & qui admittit: & qui admittitur. & uter-
que uenit puniendus: xxiiij. diſt. c. fina. & ſupra
etiã dictum fuit in principio huius ſecundi. Et
ideo introductum eſt à iure: ut omnino ante or-
dinationem examinetur omnis ordinandus ſu-
per prẹmiſſis omnibus. Nec aliter admittat̃ niſi
diligenti examinatione prẹhabita: ut habetur
2 xxiiij. diſt. per totum. † Debet enim de iure præ-
mitti ſcrutiniũ non unum tantum, ſed duo. Pri-
mum ante ordinationẽ, quod diligenter facien-
dum eſt. c. nihil. §. epiſcopi. de electi. & hoc per
Archidi. & ſolet incipere feria. iiij. & durare per
continuum triduum uſq; ad ſabbatũ. xxiiij. diſ.



quando in fine. Secũdum fit in ipſa ordinatio-
ne quando ordinandi prẹſentantur epiſcopo an
te altare, & Archidiaconus profert illa uerba.
Poſtulat ſancta mater eccleſia: & cætera. Et or-
dinatore interrogante reſpondet: quantum hu-
mana fragilitas. & cẹtera. Super qua reſponſio-
ne dicunt docto. ꝙ nõ peccat ſic reſpondens, dũ
tamen contra conſcientiam non loquatur, quia
tunc peccaret ex hoc quia contra conſcientiam
c. per tuas, de ſimo. & nota. in. c. j. de ſcruti. Nam
quem neſcit indignũ debet prẹſumere dignũ. c.
dudum, de prẹſumpt. Si tamen Archidiaconum
remorderet conſcientia de aliquo, quòd non eſ-
ſet dignus: tunc antequam ueniretur ad ordina-
tionem: ſecretò ſtudere deberet epiſcopo denun
tiare. d. c. j. & ſi epiſcopus nolit deſiſtere: debet
Archidiaconus ſe ſubtrahere: & ſi nõ poteſt ſi-
ne ſcandalo: debet illa uerba dicere tanquã mi-
niſter eccleſiæ, quæ non iudicat de occultis. Nõ
autem publicare aliter crimẽ fratris, ex quo oc-
cultum. Ita ibi notat Inno. Nunquid autẽ ipſe
ordinandus† qui ſcit crimina & defectus huiuſ- 3
modi ſuos teneatur interrogatus confiteri illa.
De hoc per Hoſtiẽ. in ſumma de ſcrutinio, in. §.
quid ſi promouendus, ubi concludit, quòd cri-
mina ſeu impedimẽta notoria iuris uel facti niſi
fuerit cum eo diſpenſatum tenetur cõfiteri. l. di-
ſtinc. c. ex pœnitentibus. Item etiam grauia ſeu
enormia, qñ ſunt talia, quòd etiã poſt pœniten-
tiam impediunt executionem, ut homicidium,
ſimonia in ordine, & huiuſmodi: etiam ſi ſecre-
ta. c. quæſitum de tempo. ordina. &. lxxviij. di-
ſtinc. c. j. Cui uidentur etiam doc. concordare in
hoc, concludẽtes quòd tenetur ordinandus uel
promouendus ad aliquam dignitatem confite-
ri crimina notoria iuris uel facti. Itẽ & quẹ enor
mia ſunt, & generaliter omnia impedimẽta quẹ

Universidad de Deusto Biblioteca

impediunt promouendũ uel deijciunt iam pro-
motum: niſi ſecum fuerit diſpenſatum. l. diſtin.
ex pœnitentibus. Adeò quòd ſi huiuſmodi deli
cta uel defectus aut impedimenta ſubticeret: &
ſic cum illis ordinaretur, non haberet executio-
nem miniſterij ſic ſuſcepti: nec ordinis ſic rece-
pti. c. niſi. de renun. & peccat in hoc mortaliter.
Alia uero crimina quæ non ſunt talis conditio-
nis, ut ſupra non tenetur confiteri, ſi non uult. c.
ſina. de tempo. ordi. Ita etiam reperio archiepi-
ſcopum Floren. tenere in ſum. ſua. in. iij. parte de
ſtatibus, titu. vij. c. xvj. qui addit ibi ſecundum
Innocen. quòd ſi confitetur illa ut debet: & ſecũ
diſpenſetur per eum, qui poteſt, ſecurus eſt: & ul
terius accuſari nõ poteſt. Aliàs ſecus. c. ultimo.
xxiij. diſtin. quod ultimum eſt bene notandum.
Eſt ergo neceſſaria omnino examinatio, ut ex
ſupra dictis patet, & adeò neceſſaria ut uelint
4 docto. † quòd etiam ſi ordinatus ſit dignus, de-
beat deponi ſi ſine examinatione prędicta ad-
miſſus fuit. xxiiij. diſtin. c. fi. & hoc in odium il-
lius qui ſine examinatione ordinari ſe permiſit
ſimul & in odium eius qui ordinauit eum talẽ.
Fallit tamen hoc niſi iſte non examinatus eſſet
talis, qui eſſet notus & notoriè dignus: cum ta-
lis non poſſit dici peccare, ex quo ſic notorie di
gnus: per iura, quæ uidẽtur permittere huiuſmo
di notoriè dignos ſine examinatione ordinari
poſſe. xxiiij. diſt. c. nullus. xlvij. diſtin. de Petro.
xxiiij. diſt. ualde. & facit quòd not. in. c. conſtitu
tus. de appella. ubi refert do. Car. ſe uidiſſe quen
dam nobilem doctiſſimum fuiſſe conuentatum
ſine examinatione. Addendum tamen quod ſi
ageretur de epiſcopo cõſecrando, non poteſt cõ
ſecrari ſine examinatione ipſa quãtumcunq; di
gnus: ad hoc tex. in. c. qui epiſcopus. xxiiij. diſt.
quaſi ſit ſpeciale in tali caſu ſecundum aliquos



licet aliqui alij dicant: imo hoc tenẽdum pro re
gula quòd ſiue notorie digni ſiue non ſint exa-
minandi. De quo per Hoſtien. latius in ſum. de
ſcruti. §. quid iuris. Illud conſtat & iſtud tenẽ
dum ſecundum Thomam in. iiij. diſtinc. xxiiij.
† quòd epiſcopus ordinãdo unum quem noſcat 5
indignum peccat ex hoc mortaliter: ut probat
ipſe ibi, quaſi infideliter ſe habeat domino ſuo,
cõmittendo indignis diuina myſteria. lxj. diſt.
miramur, & clemen. j. de æta. & quali. per quæ
iura uidetur, quòd etiam ultra peccatum tenea-
tur ad intereſſe eccleſiæ quam lęſit: ad ſimilitu-
dinem magiſtratus, qui minus idoneo tutelam
committit: inſti. de ſatiſda. tut. in. §. fina. Ita te-
net Pet. de Anc. in. d. clemen. j. in finalibus uer-
bis. Potius ergo debet epiſcopus ordinare pau
cos, & illos dignos: quàm multos aliquos: inter
quos indigni aliqui ſint, ut dicit text. in. c. tales.
xxiij. diſt. Adeò quòd uoluit Hoſtien. † quòd ſi 6
non reperiatur in dioceſi niſi unus dignus po-
tius illi committẽda ſunt omnia beneficia: quã
diſtribuãtur inter non idoneos. Ita dicit ipſe in
c. graue. de præben. Vbi refert hiſtoriam de ca-
nonico, qui imminente electione nominauit aſi
num quendam monaſterij, dicens illũ alijs præ-
ferendum: quia continuè ipſe utilitatem eccle-
ſiæ fecerat, & à damno abſtinuerat: quæ non fe-
cerat alius aliquis ibi. Sed quid ſi facta inqui-
ſitione non reperiantur huiuſmodi digni: † pu- 7
tarem tunc debere fieri, ſicut alibi Terentius ut
quando quidem fieri non poteſt uti uis, fiat uti
poteſt: ut ſic de his qui haberi poſſunt ordina-
tio fiat: potius, q̃ domus dei uacua relinquatur.
Iuxta illud melius eſt ſtabulũ plenũ, q̃ oĩo ua
cuum. Et quòd alibi dicitur, domũ conſtruendã
eſſe de lapidibus q̃ occurrũt: ad hoc. l. generali-
ter. §. ſpurios. ff. de decuri. Vbi quòd melius eſt

Universidad de Deusto Biblioteca

qualemcunq; eligere, quàm locum uacuum re-linquere. Ad hoc quòd notat Pe. de An. in dicta clemen. j. ubi omnino uideatur & quod in ſum. confeſ. de ęta. & qualita. c. xxiij. Et ad confirmationem eius quòd ſupra dixi peccare mortaliter iſtos tales promouentes indignos: allego quod notanter ſcribit Archiepi. Floren. in dicta ſum.
8 ſua. iij. parte. titu. vij. c. xvj. †ubi inuehit contra prçlatos religioſorum facientes promoueri tales indignos: & idem dicit ibi de conſulentibus ac etiam de patronis præſentantibus tales. Cenſentur enim cooperari ad malum. vij. q. j. notũ. Et idem etiam dicit de promouẽtibus ad curam paſtoralem uel beneficium curatũ illum qui eſt indignus, ut dicatur ex hoc mortaliter peccare: nec excuſet nobilitas illius: quia tãto nociuior: quãto nobilior ſi eſt malus. Nec putat ipſe ſuf-
9 ficere ordinari, †quòd non ſciat illud malũ eſſe: ſed neceſſarium eſt ad euadẽdum peccatum ſcire eſſe bonum per talem modum qualem poſſibile eſt haberi de homine. Et ſi dicat quòd alius non reperietur ita utilis pro recuperãdis ſeu augendis iuribus & bonis eccleſię. Reſpondet ibi allegãdo Albert. in ſum. cõfeſ. ubi ſcilicet quòd hæc non eſt attendenda. quia nulla utilitas temporalis pręponenda eſt ſpirituali. Et hæc uolo ſufficere quantum ad hanc primam partem huius ſecundi libri, quæ fuit. Quæ & quot attendi debeant in clericis antequàm ordinẽtur ſeu recipiãtur ad ordines.

SECVNDI



# SECVNDI LIBRI ALTERA PARS de clericorum iam ordinatorum requiſitis.

Reſtat nunc intrare ſecundam partem eiuſdem, quæ, ſcilicet, & quot neceſſaria ſint in clericis: uel obſeruari debeãt ab eis: poſtquã iam ordinati ſunt: ut ueri & boni clerici re & nomine dici poſſint & appellari. Circa quod dicendum quòd multa quidem & alia & ferè totidem requiruntur.

## CAPVT XXXVIII.

### REQVISITVM I.

☞ *Clericus ordinatus habitũ & tonſuram ferre debet.* 1
*Habitus clericalis quis dicendus.* 2
*Colores duo in ueſtimentis clericorum cur prohibiti.*
*Veſtis clerici ſuperior debet eſſe talaris.* 3
*Veſtis multicolor olim clerico non prohibita.* 4
*Veſtes precioſæ clericis ex conſuetudine cur permiſſæ, & quatenus.* 5
*Veſtium precioſitas & libido culpam iniecit ferenti.* 6

Primo enim requiritur† quòd habitum deferant & tonſuram: maximè ſi ſint clerici 1
in ſacris & maximè beneficiati: ut de habitu probatur in. c. clerici quod eſt. c. penul. de ui.

Universidad de Deusto
Biblioteca



& hone.cle.& in.c.clerici,& in.c.nō licet.xxiij.
diſt.&.xl.diſt.c.fi.& in cle.ij.de ui. & hone.cle.
cum ibi not.per glo. De tonſura probatur in.c.
ſi quis ex clericis;cum tribus ſeq.eo.tit.& in di-
cta cle.ij. & in dicta. xxiij. diſt. quaſi per totum
maximè in.c.j.ij.&.iij.& in.d.c.non licet.Circa
quæ tamen duo, uidelicet, de habitu & tonſura
deferendis addendum & primo de habitu: quia
2 poſſet dubitari † quis dicatur habitus clerica-
lis : non enim uidetur quòd ſit præfixus alicubi
à iure , licet certi colores ſint prohibiti clericis,
uiridis,ſcilicet & rubeus, ut habetur in dicto.c.
clerici,de ui.& ho.cle. & ibi de ratione per doc.
quare hi duo magis.Nam ideo uiridis , qa Adã
peccauit in pomo uiridi:ideo autē rubeus , quia
magnæ apparentiæ. Sed poteſt dici ut dicit ibi
Abbas Si.in dicto.c.clerici,quòd portare habi-
tum clericalem,eſt portare ueſtes honeſtas quæ
honeſtas ibi declaratur in dicto.c.clerici,reſpe-
ctu formæ , ut deſuper ſint clauſæ:nec ex nimia
longitudine uel breuitate notandæ : & uidetur
quòd debeant eſſe talares, id eſt, longæ uſq; ad
collum pedis.c.non licet.xxiij.diſt. per quē tex.
3 hoc tenet glo.†de ueſte ſuperiori: ut debeat eſſe
talaris in dicta clemen.ij.in uer.uideatur. Reſpe
ctu etiam coloris,ut non ſit uiridis uel rubea, ut
ſupra.Item non nimis fulgidæ:per tex.in.c.om-
nis iactantia.xxj.q.iiij. ubi tex. notabilis quòd
omnis iactantia & ornatura corporalis à ſacro
ordine debet eſſe aliena : & quòd eos epiſcopos
eosq; clericos , qui ſe claris & fulgidis ueſtibus
ornant,emendari oportet:q ſi in hoc permanſe-
rint,epithimio tradantur:hoc eſt ſeptem diebus
ſuſpēdantur:dicit ibi glo. & ſubdit ibi tex. om-
ne quippè quod non propter neceſſitatem ſuam
ſed propter uenuſtatem accipitur, elationis ha-
bet calumniam, quemadmodū magnus ait Ba-



ſilius.Cōcludit tamen Abbas ubi ſupra, in hoc
multum attendendam conſuetudinem,dummo
do talis quæ ab honeſtate nō deuiet: & pro hoc
†quia olim licitū erat ſacerdotibus portare ue- 4
ſtes partitas:& plurium colorum.Sicut etiā ho-
die retinuit conſuetudo in celebratione miſſa-
rum:ad hoc quòd nota.in.c.antiqua,de priuile.
unde uidet̄,quòd ſi eſſet conſuetudo , quòd poſ-
ſent portare etiā rubeos colores , & induere ſe-
ricum excuſarentur portantes : cum prohibitio
dicto.c.clerici,ſit de iure poſitiuo:& præterea e-
tiam ſecundum doct. ibi loquatur in multis ibi
de conſilio potius q̄; de præcepto.Ad hoc bona
glo.& multum notabilis ad propoſitum.xxj.q.
iiij.in ſum. Quæ inter alia hoc dicit,quòd uſus
ueſtium non deſpicitur:ſed abuſus.xl.diſt.§.j.&
c.parſimoniam:& concludit,quòd poſſunt cle-
rici ſecundum conſuetudinem regionis uti pre-
cioſis ueſtibus : ne uileſcat dignitas ſacerdota-
lis:& ut conforment ſe moribus,quibus cum ui
uunt ; ad cuius confirmationem poſſet adduci
quod legitur de beato Auguſti. † q ueſtimenta 5
eius nimiū nec abiecta nec apparentia erāt , ſed
ex moderato & competenti habitu. De beato
etiam Ber.legitur, quòd in ueſtibus ſemper pau
pertas ei placuit,ſordes nunquam. Gregori. ta-
men dicit ſecundum quòd allegat glo.pręalleg.
quòd ſi cultus precioſarum ueſtium non eſſet in
culpa,ſermo dei non tam manifeſte exprimeret,
quòd diues ille indutus purpura ad inferos de-
ſcendiſſet. Sed ideò fortè ſic ille propter inordi-
natum nimis affectum quem habuerat ad illud:
ac etiam propter alia quæ ſequuntur ibi , dum
ſubditur,q epulabatur quotidie ſplendidè, &c.
Vt enim inquit Gra.in.§.j.xl. diſt. In omnibus
talibus non uſus rerum:†ſed libido in culpa eſt: 6
& ideo qd' locis,perſonis,tēporibusq; cōueniat

Universidad de Deusto Biblioteca

attendendum in huiuſmodi,nec temerè iudican
dum de quoquam.Ita concludit ipſe ibi.Quan=
tum autem attinet ad ipſorum clericorum ue=
ſtes illud præcauere debent ipſi, ne uirgata uel
partita ueſte utant̃ publicè ſine cauſa:alias uten
do huiuſmodi incurrerent ipſo facto pœnam ſu=
ſpenſionis.De qua in cle.quoniam,de ui. & ho.
cle.& ibi p gloſ.an clericus in minoribus tantũ
incurrat illam pœnam utendo tali,ibi uidendũ.

## CAPVT XXXIX.

1 ☞ *Tonſura qualiter in clericis ueniat intelligenda.*
*Differẽtia qualis inter tonſuram,raſuram,& clericam.*
2 *Clerici cur in ſuperiore capitis parte radantur.*
3 *Tonſura cur maior in monachis,quàm clericis.*
*Tonſura cur rotunda,& dicatur corona.*
*Clerici poſſunt reges dici.*
4 *Tonſura quæ propriè dicenda.*
5 *Clerica quid ſit.*
6 *Clerici comati taxãtur, & coronam raſam nõ geſtantes.*
*Excommunicatio pro mortali.*
7 *Papa ſciens & tolerans quicquam in curia ſua an uidea tur tacitè diſpenſare.*
8 *Clericus nunquid compelli poßit ad deſerẽdam tonſurã.*
9 *Iuriſdictioni epiſcopi renũciare uerbo utrum ſit clerici.*
10 *Clericus in minoribus ſecularia tractans an poßit cogi ad deſerendum habitum & tonſuram.*

CIrca illud uerò de tonſura poſſet ſimiliter
dubitari de aliquibus : & primo quid in=
1 telligẽdum hic pro tonſura:† an de tonſu=
ra prout conſiſtit in clerica; an uerò pro tonſio=



ne crinium uel potius pro utroq;. Sciendũ enim
eſt,& præmittendum illud quod ponit glo. no=
tabi.in clemen.quoniam,de uita & hone. cleri.
in uerſi.tonſuram, quòd clericis competit raſu=
ra & tonſura in modum coronæ.Raſura eſt illa
parua rotunditas quæ raditur:& fit ex parte ſu=
periori in ſummitate capitis , per quam ſubtra=
huntur capilli,per quos occupatur caput:ad de
notandum quòd occupationes debent auferre à
ſe clerici:ne retardentur à contemplatione diui=
norum miniſteriorum. Summitas enim capitis
eminentia mentis eſt : † per ipſius ergo denuda= 2
tionem mentis reuelatio deſignatur. Hinc eſt
quòd conuerſi non raduntur ipſi ſuperius , cum
non occupentur ipſi diuinis myſterijs , licet in=
ferius tondantur: cum & ipſi temporalia depo=
nat. Tonſura uerò eſt illa , quæ fit à parte infe=
riori , per quam capilli tolluntur uſq; ad aures:
& ſic uſq; ad reuelationem ſenſuum auditus &
uiſus : ne oculos & aures impeditas habeant ad
ea uidenda & intelligenda,quę ſibi incumbunt
ex debito officio ordinis:ut denotetur pręciden
da ab eis eſſe uicia & cordis & corporis : ne in=
tuitum diuinorum impediant. † Quæ tonſura 3
conuenit fieri maior monachis quam clericis
ſecularibus : ad denotandum quòd ad hoc ipſi
plus etiam illis ſunt obligati.Et debet fieri ton=
ſura illa rotunda in modum coronæ: quæ coro=
na eſt ſignum perfectionis,cum ſit circularis ca
rens angulo , & ſic quaſi carens ſordibus : quia
ubi angulus,ibi ſordes: & quæ corona eſt ſignũ
regni:ad denotandum ꝙ clerici dici poſſunt re=
ges,id eſt ſe & alios in uirtutibus regentes:uel ꝙ
debent regere & à ſordibus mundare ſe & alios:
& ſic faciendo coronam regni merentur habe=
re : non ſolum in hoc ſeculo , ſed & in alio in fu=
turum cum deo regnaturi iuxta id quod habe=

Universidad de Deusto Biblioteca



tur in.c.duo ſunt genera.xij.q.j.Secundum ergo
4 quòd prædicta † tonſura propriè uidetur abſciſ-
ſio capillorum cum tondentur eis capilli in mo
dum circuli uel coronæ uſq; ad aures patentes.
Nunquid autē debeat ſic ſumi hic gloſſ.in dicta
cle.quoniam,uidetur uelle quòd non: ſequendo
Hoſti.in.c.clerici,eod. titu. qui uoluit quòd de-
beat potius ſumi pro raſura,de qua ſupra, quæ,
ſcilicet fit in ſummitate capitis:quæ alio & uſi-
tato uocabulo appellatur clerica : & ſecundum
hoc concludendum eſſet, quòd tonſura hic ſu-
mitur pro clerica, hoc eſt raſura quæ fit in ſum-
mitate capitis,cum qua tenentur incedere cleri-
ci.Quæ concluſio ſi uera,eſt bene notāda.Ex ea
enim ſequitur alia: ꝙ nō ſufficit clerico portare
ueſtes longas & honeſtas ut ſupra, & ſic incede
5 re in habitu † niſi portet etiā clericam in capite,
& ſic tonſuram.Cum ut prædictū eſt,obligētur
ad hæc duo ſimul : uidelicet quia ad incedendū
in habitu & tonſura. Quinimò per prædicta ui-
detur,quòd teneant incedere detonſo capite &
patentibus auribus ſaltem de honeſtate,ut uide
tur uelle tex. xxiij. diſt.c.penulti. & ut ſic coro-
nam poſſint dici deferre:iuxta dictū.c.duo ſunt.
Licet malè obſeruetur hodiernis temporibus:
maximè hoc ultimum:quia uidemus nedum cle
ricos ſimplices, imò ſacerdotes & communiter
nunc omnes prælatos eccleſiæ dei portare cri-
nes longos uſq; ad cooperimentum aurium to-
taliter & ferè etiam oculorum. Ideo nimirum ſi
propter huiuſmodi deferre aures & oculos ſic
occupatos & obtruſos : deficiunt in ſignificatu
illo ſanctiſſimo : de quo ſupra,cū tanquàm ob-
turati aures & oculos audienda nō audiant, &
6 uidenda non uideant. † Meritò ergo uiderentur
mereri hi tales coronā illā amittere in alio ſecu
lo, quam abiecerunt à ſe in iſto. Et qui non ui-



dentur excuſari à peccato mortali, ex quo con-
traueniunt in hoc præcepto papali & prohibi-
tioni eius expreſſè.De qua in præmiſſis iuribus
& maximè in.c.ſi quis ex clericis,ubi tales man
dātur excommunicari:ergo peccant mortaliter
ſecundum Abb. ibi cum excommunicatio non
imponat niſi pro mortali. xj.q.iij.c. nemo. Niſi
reſpondeamus ad illum textum, reſpondendo
prout aliàs reſpondebam legendo illam decre-
talem, intelligendo ipſum prout communiter
intelligitur, & debet intelligi quòd excommu-
nicatio illa non ueniat imponenda pro ſimplici
contrafactione,ſed pro inobedientia,quæ incur
ritur ex hoc quòd moniti à ſuperiori ut portent
tonſuram,non obediunt. † Vel niſi reſpondea- 7
mus excuſando eos propter conſuetudinē, quæ
ſic communiter eſt, & quam Papa ſcit & tole-
rat etiam in ipſa curia ſua: & ſic quaſi tacitè ui-
detur diſpenſare:iuxta.c.quia circa de priuil. &
quod nota.in.c.cum iam dudum,de præben. &
de treu.& pace,in.c.j.Sed ſuccedit aliud dubiū:
nunqd poſſit clericus uelit uel nolit,ex quo cle-
ricus,compelli per ſuperiorem ad deferendū hu
iuſmodi tonſuram : quòd enim poſſit compelli
etiam ſi ſit in minoribus tantum:tex. uidetur in
c.clerici,el primo,eod.tit. dum dicit quòd inui-
ti poſſunt tonderi à ſuperiore. † Sed de hoc recur 8
rendum ad nota.in.c.fina.de cleri. coniug. & in
c.tuæ,de apoſta.Sunt enim opiniones,nam glo.
ibi quòd non:& idem Innoc.& Hoſti.eo.tit.c.j.
Sed Ray.Hoſti.& Hugu.in ſum. ſuis contra. Et
hoc ultimum tenet Richar.in.iiij.diſtinc.xxiiij.
q.iij.ar.j.tenent expreſſè, quòd peccat mortali-
ter clericus etiam conſtitutus in minoribus non
portando illam.Concluſio tamen moder. in di-
cto.c.tuæ,uidetur ꝙ præciſè non poſſit cogi,ma
ximè ſi ſit clericus coniugatus, niſi ſit profeſſus

Universidad de Deusto Biblioteca

aliquis in religione aliqua approbata per notã.
in dicto.c.tuæ. Cauſatiuè autem uidetur quòd
poſſit, quando poneretur, quòd haberet benefi-
cium, uel uellet uti priuilegijs clericalibus tan-
quàm clericus: tunc ſi uult retinere beneficium,
uel gaudere priuilegio clericali tanquàm cleri-
cus, poteſt compelli ut tanquàm clericus ince-
dat, & ſic cauſatiuè quod tamen preciſè etiam
9 debet poſſe † multum facit quia negari non po-
teſt quin ſit ſub iuriſdictione epiſcopi: ex quo
clericus ratione ordinis clericalis, cui renuncia
re non poteſt uerbo ſolo, iuxta notata in.c.ſi di-
ligenti, de foro competen. & in.c. tua, de poſtu.
per Ant. ubi quòd non poteſt renunciare uerbo
ſolo quo ad præiudicium ſaltem epiſcopi: hoc
eſt quo ad auferendam iuriſdictionem, quam in
eo habet ratione ordinis, licet facto ſic: ut quia
contrahat matrimonium cum uidua uel corru-
pta. Si ſic ergo tanquàm ſubdito, debet ſibi poſ-
ſe præcipere ut habitum deferat, & eum excom-
municare, carcerare, uel aliter mulctare: ſi non
obediat. Et hic poſſunt addi etiam ea quæ ſu-
10 pradicta ſunt in.xv.requiſito, in fine: ubi † an ex
hoc quòd dimittit habitum & tonſuram conſti
tutus in ſacris poſſit dici apoſtata. Et econtra:
an poſſit compelli talis conſtitutus in minori-
bus tantum ut non deferat, quando eſt talis, qui
ſe immiſceret negocijs ſecularibus maximè ui-
libus aut turpibus in opprobrium quodammo-
do cleri. De hoc etiam in dicto.c.fina.ubi Ioan.
de Imol.uidetur uelle quòd ſic: quando ſic eſſet
quòd in opprobrium cleri reſultaret. Vel ſi quis
clericus contraxiſſet cum ſecunda, uel non uir-
gine: talis enim prohibetur ſub pœna excommu
nicationis deferre illam ipſo facto incurrendæ:
ut eſt text.in.c.igitur, de biga.lib.vj. De quibus
omnibus latius dicendum, ut ibi in dicto.c.ſi.



# CAPVT XL.

## REQVISITVM II.

*Clericorum ad ſacros ordinatorum caſtitas.* 1
*Cohabitatio cum mulieribus clericis cur prohibita.* 2
*Continentia clericorum an ſit de ſubſtantia, ut eſt de ob-* 3
*ſeruatione.*
*Papa an poßit diſpenſare ſuper matrimonio clericorum* 4
*in ſacris.*
*Græci ſacerdotes matrimonio ante ſacros contracto* 5
*utuntur.*
*Votum continentiæ expreſſum in neganda clericis di-* 6
*ſpenſatione plus tacito operatur.*
*Matrimonia cur ab eccleſia clericis interdicta ſalubri* 7
*conſilio.*
*Nepotum amor obcæcat beneficiatos.*
*Caſtitatis robur & efficacia.* 8

SEcundum quod requiritur in clericis maxi
mè ordinatis ad ſacros eſt † quòd caſtitatẽ 1
obſeruent perpetuam: hoc eſt quòd ab om-
ni coitu uenereo abſtineãt: quaſi hoc tacitè cen
ſeãtur promittere deo in adeptione: & accepta-
tione ſacrorum ordinum. Adeò ut non poſſit ta
lis conſtitutus in ſacris amodo contrahere ma-
trimonium, quaſi ordo ſacer habeat implicitũ
uotum ſolenne ex cõſtitutione eccleſiæ, ut pro-
bat glo.nota.in.c.diuerſis fallacijs.de cleri.con
iuga. unde ſuſcipiendo quis illum uidetur con-
ſentire omnibus cõſecutiuis ad illud, & cætera
ut ibi. Adeò quòd ſi cõtraheret matrimonium,
eſſet nullum.xxxij.diſtinc.c.ſi quis eorum.&.c.
erubeſcant, imo excommunicationẽ incurreret

Universidad de Deusto
Biblioteca



ipſo facto.ut ſupra dictum fuit & notatum ple-
nius in.j.parte.in.vij.requiſito, ubi quid de con
ſtitutis in minoribus tãtum: an ſit prohibitum
2 eis matrimonium uel quando.† De qua mate-
ria continentiæ clericorum pleniſſimè ponitur
per Gratia.& tractatur.xxxj.diſtinc. per totum
cum tribus ſeq.diſt.uſq; ad.xxxv. excluſiuè ha-
betur etiam per eundem.lxxxj.diſtin.ac.lxxxij.
per totum:habetur etiam in titu.de cleri. coniu
ga.quaſi per totum.& in titu.de cohabita. cleri
co.& mulie.quaſi per totum:ubi habetur quòd
hac ratione prohibitum eſt eis cohabitare cum
mulieribus,exceptis illis perſonis in quibus na
turale fedus non permittit aliquid ſui criminis
ſuſpicari:& quæ ſint illæ de hoc in.c.j.eod.titu.
uel illis in quibus non caderet ſuſpitio fornica-
tionis,ut quia multum antiquæ,ut ibi notatur.
Vnum dumtaxat hic uolo adijcere,quòd licet
continẽtia in clericis ſecularibus ſit de obſerua
tione ordinis,adeò ut non poſſint etiam matri-
3 monialiter commiſceri,ut dictum eſt,†Non ta-
men debet dici,quòd ſit de ſubſtantia ipſius or-
dinis.Ita uoluit Innocẽ.in.c. placet. de conuer.
coniug.imò nec etiam de iure diuino ſecundum
eum,alias Græci peccarẽt,nec excuſaret eos cõ
ſuetudo:cum illa non ualeat contra ius diuinũ.
c.fina.de conſue.Quod dictum ſummè nota. fa-
cit enim ad terminationem quęſtionis illius no
tabilis quam format glo.in.c.cum olim.de cle-
ri.coniu.in glo.ibi.ij. Dum quærit,an poſſet pa
pa diſpenſare cum illo qui conſtitutus eſt in ſa-
cris ordinibus,ut poſſit cõtrahere matrimoniũ:
& refert opinionẽ,nec expreſſè decidit niſi quia
in fi.dicit quòd non cõſueuit papa cum talibus
diſpenſare. Sed quòd poſſet & ualeret diſpenſa
4 tio,†quando hoc faceret ex certa ſcientia & ex
cauſa:ſatis facit prææallegatũ dictum. facit etiã.



quia nõ uidetur uerum dicere, quòd iſte ſit obli
gatus ex uoto:tenendo illam opinionem, quòd
ſolum ex conſtitutione eccleſiæ ſit prohibitus.
de qua ibi glo.& quia dato quòd etiam ex uoto
expreſſo papa etiam cum obligatio ad conti-
nentiam ex uoto expreſſo poteſt ex cauſa diſpẽ-
ſare, ſecundum opinionem magis communem:
de qua in.c.cum ad monaſterium. de ſtatu mo-
na.circa finẽ. Ex cauſa dixi:quia non ſubſiſten-
te cauſa:imò etiam niſi magna quadã ſubſiſten
te non poteſt quo ad forum conſcientiæ:ſed illa
exiſtente ſic:etiam ſi quis uouiſſet continẽtiam
expreſſè,multo ergo minus ſi non uouiſſet: uel
non niſi tacitè ut in caſu noſtro.Ita tenet & fir-
mat do.Ioan.de Imo.in.d.c.cum olim.& ſequi-
tur etiam do.Abbas ibi. Qui do. Abbas plus
audet ibi tenere & affirmare: †quòd poſſet Pa- 5
pa uel concilium ſtatuere, quòd clerici omnes
etiam in ſacerdotio conſtituti poſſent matrimo
nio contracto ante ſacrum ordinẽ uti, ſicut græ
ci poſſunt:ut in.d.c. cum olim. Dicens ſe indu-
bitanter hoc putare reſpectu poſteriorũ qui ſci-
licet nondum ſunt effecti clerici, & ſic nondum
obligati ex uoto continentiæ tacito uel expreſ-
ſo.Sic dicens intelligendã glo.in.c.quæ ad per-
petuam.xxv.q.j. & adducit ad comprobationẽ
illud dictum Innoc.de quo ſupra in.d.c. placet.
Quinimò ſecundum eum ibi,ſalubre conſilium
eſſet pro ſalute animarum, ut nolentes ex toto
continere,haberent generaliter omnes illam fa
cultatẽ,quæ toleratur in græcis: quia experien-
tia docente potius malus quàm bonus effectus
reſultat ex illa lege continentiæ. Non enim ua-
lentes continere propter rebellionem carnis,im
miſcẽt ſe fornicationibus & alijs cũ grauiſſimo
eorum peccato:ubi cum propria uxore nõ eſſet
pctm̃.c.Nicena.xxxj.diſt.Deberet ergo eccleſia

Universidad de Deusto Biblioteca

ſecundum eum facere ſicut bonus medicus:ut ſi
experiẽtia docẽte medicina potius obſit quàm
proſit,eam tollat iuxta.c.j.de ſenten. excom. li-
bro.vj.Cum lex non debeat laqueũ inijcere ani
mabus,ſed potius tollere:xxvij.q.j.uiduas. Et
hoc in ordinandis in futurum.In ordinatis uerò
eſt maius dubium:ueritas tamen uidetur eſſe ſe-
cundũ eum,ut poſſit papa etiam cum eis diſpen
ſare: attento quòd uotum in clericis eſt de iure
6 poſitiuo. †Subdit tamen quòd ubi clericus ex-
preſſè uouiſſet continentiam, non poſſet niſi ex
magna cauſa diſpenſari ſecum ut contrahat ma
trimonium. Sicut dicitur im monacho in dicto
c.cum ad monaſterium.ubi autem non nouiſſet
expreſſè licet obligetur tacitè ad illam ex diſpo
ſitione iuris,poſſet proculdubio papa diſpenſa
re:licet etiam tunc de facili non debeat ſeruitiũ
maximè ſine cauſa. Tunc enim non eſſet tutus
ille in conſcientia, dato quòd in foro iudiciali
ualeret diſpenſatio,iuxta nota.per gloſ.& doc.
in.c.non eſt uot. de uoto. Ita dicit ipſe in.d.c.
cum olim: ſed quicquid ipſe dicat de hoc ſalu-
bri ſuo conſilio,non approbarem ego tanquàm
7 ſalubre aut bonum.imo teneo pro firmo,†quòd
bene ſalubriter ac prouidè fecerit eccleſia uni-
uerſalis indicendo caſtitatem clericis, & prohi
bendo eis matrimonium maximè beneficiatis:
attẽtis rationibus quibus mota fuit eccleſia ad
hoc:de quibus per docto.in.c.quod a te.eo. titu
lo de clericis coniug.ubi reddunt nouem ratio-
nes urgẽtes,inter quas illa eſt: quia pręſumptio
eſt uiolenta contra eos, quòd amore filiorum
quos generarẽt ſpoliarent eccleſias: quia ſi ſunt
cæci in erogando nepotibus ſubſtantiam eccle
ſiarum amore nepotum:ut dicit tex.cum glo.in
c.peruenit.j.q.iij.quãto magis in erogãdo filijs
proprijs à more cæco ipſorum:ut reliquas omit



tant cauſas & rationes de quibus ibi infra. Itẽ
quia hoc eſſet decolorare uniuerſalis eccleſiæ
ſtatum,quod non poteſt papa.ix.queſt.iij.c.per
principalem.†Nec uidetur habendus reſpectus 8
ad id quod dicit ipſe:quòd ex quo tendit ad pe-
ius,& cętera:quia negari hoc poteſt:attento bo
no caſtitatis, quæ ſuper omnia eſt potens deo
animas coniungere:ut habetur in autentico de
lenonibus.§.j.& quam multi nituntur obſerua-
re uidentes ſe obligatos,& ſi alij multi non ob-
ſeruent imputandum uidetur illis, qui ſuæ dam
nationis ipſi ſibijpſis cauſa ſunt:non continen-
do cum poſſint ex libero arbitrio ſibi conceſſo
à ſummo deo,& uincendo ſtimulos carnis cum
uirtute abſtinentiæ,ſicut illi primi uincunt. De
hoc tamen remitto me ad nota.per docto. maxi
mè moder.Ioã.de Imol. & alios in dicto.c.cum
olim.& in dicto.c.quod à te. & facit ad hoc re-
quiſitum quod ſupra dicitur in.vj.requiſito pri
mæ partis huius ſecundi libri ubi oſtenditur di
ſputatiuè quomodo eſt dare caſum, in quo pa-
pa poteſt de iure habere uxorem.

## CAPVT XLI.

### REQVISITVM III.

☞ *Clericus ordinatus tenetur ad officium diuinum, & qualiter horæ canonicæ cur tantum ſeptem.* 1

*Officium diuinum & horæ dicendæ ſunt in clericis ex obligatione iuſtitiæ & præcepto.* 2

*Ordo ſacer an conferendus egeno.*

*Ordinatus tenetur ad officium etiam ſi nullum habeat beneficium.* 3

*Clericus in ſacris omittens horas peccat mortaliter ma-*

*xime beneficiatus.*

5 *Clerici dicuntur ſtipendiarij dei.*

*Redditus ceſſanti à diuinis ſubtrahuntur.*

6 *Beneficij fructus in malos uſus conſumens obligatur ad reſtitutionem & peccat.*

7 *Beneficia clericis ad quid data.*

8 *Beneficium habens an poßit compelli ad horas dicendas & officium.*

*Beneficium amouendum clerico officium non dicenti.*

9 *Vir uxori impotenti tenetur ad alimenta.*

10 *Excommunicati & degradati an teneantur ad officium dicendum, & qualiter.*

1 TErtium requiſitum ſeu neceſſarium in ordinato eſt,† quòd dicat officium diuinum quotidie, hoc eſt horas canonicas debito modo (quæ ſunt ſeptem) uidelicet matutinũ, primam, tertiam, ſextam, nonam, ueſperas ac completorium. In quibus ſeptem horis inſtitutũ eſt ab eccleſia: ut laudetur deus cum certis ad hoc pſalmis & orationibus: iuxta illud Pſalmiſtæ. Septies in die laudem tibi dixi domine. Et quare ſic ſepties, multiplex reddit̃ ratio, inter quas illa una, uidelicet in commemorationẽ ſeptem principalium pœnarũ, quas ſeptem diuerſis horis paſſus eſt do. no. Ieſus Chriſtus in die amariſſimę paſſionis ſuæ. De quibus & earum proceſſu habet̃ clare in ſanctiſſimo illo officio crucis, quod inſtituit Ioannes uiceſimus cum certa
2 indulgentia unicuiq; dicenti.† Ad quod officiũ & ad quas horas oẽs dicendas tenentur ipſi clerici non ſolum ex præcepto & ſtatuto uniuerſalis eccleſiæ, ut habetur. xcj. diſt. in. c. preſbyter. & in. c. j. de cele. miſ. ſed etiã ex obligatione iuſtitiæ, etiam ſi non haberent aliud beneficiũ ec-



cleſiaſticũ, ex hoc quòd in ſacris cõſenſerunt ſe ordinari. Cum ſit, quòd ordo ſacer nulli debeat conferri niſi beneficiato: uel ei qui ad ſuũ patrimonium loco eccleſiaſticorum redditTuum con ſenſerit ordinari. c. cum ſecũdũ. &. c. epiſcopus. de præben. conſentiendo ergo accipe hoc uel illo modo cenſetur conſenſiſſe obligationi, & acceptare illud cum onere dicendi officiũ ſibi ane
xo ab eccleſia.† & quòd teneatur dicere officiũ 3
promotus ad ſacros etiã ſi nullum beneficiũ habeat, uel habeat ſed tenue, tenet expreſſè gloſ. in c. clericus ueſtitum. lxxxj. diſt. Multo ergo fortius tenentur illi, qui ultra ordinẽ ſacrũ habent etiam beneficium & ex eo redditus ſufficientes: cum iſti ultra prędictas duas obligationes obligentur etiam ratione illa naturali: ut benefaciẽtibus benefaciamus iuxta. c. cũ in officijs. de teſta. ad ſic officiãdum & orandũ pro animabus eorum qui conſtituerunt illos redditus dari: nõ alia ratione uel cauſa niſi ut oraret̃ pro eis. Quę rationes ſunt bene notandæ omnes ſimul. Ex
his eẽ neceſſario infertur,† quòd peccare dicit̃ 4
mortaliter omnis clericus conſtitutus in ſacris non dicendo officium: quia non ſolum facit cõtra præceptũ eccleſiæ: ſed etiam cõtra iuſtitiam ac contra illud ad quod eſt obligatus ex obligatione quadã naturali & tacita promiſſione ut ſupra patet: & non ſolũ peccare dicit̃, ſed etiã ultra hoc quod eſt fortius & tremendũ uerbũ pro beneficiatis: tenet̃ etiã talis ad reſtitutionẽ fructuũ ſeu ualoris ſui: quos interim ꝑcepit non dicendo officium. Quod dictum ultimum ne fortè uideatur abſonũ confirmo auctoritate, iuribus, ratione, & uno optimo ſimili. Auctoritate primũ fuit eẽ iſtud originale dictũ Ray. in ſum. de Rapt. quod dictum recitat Ioan. Cald. in. c. j. de cler. excom. mini. & refert etiam Domi. in. c. D.

Universidad de Deusto
Biblioteca



c.fina.& idem Domi.in.c.ſi canonici.de offi.or-
di.eo.lib.Mouētur ex illis iuribus: & ex illa po
tiſſima ratione, de qua ſupra : quia beneficium
datur propter officium.d.c.fina.Hinc eſt ad cō-
firmationem huius,quòd priuatus officio, cen-
ſetur per conſequens priuatus beneficio, ut di-
cit ibi glo.allegando,c.eos.lxxxj.diſt.&.xxxij.
diſtin.præter hæc. Ad idem tex.in.c.diuerſis fal
5 lacijs.de cleri.coniuga.†ubi clerici dicuntur ſti
pendiarij dei ibi cum ergo ſtipendium recipiāt
ratione famulatus:debent ergo famulari dicen-
do & faciendo debitum ſuum, ut dignè poſſint
dici recipere illud. Ad idem,c.ſi canonici.de of-
fic. ordi.lib.vj. ubi ceſſanti à diuinis ſine cauſa
ſubtrahūtur redditus,ut ſit pœna condigna. Ad
idem fortis ratio:quia ubicūque aliquid datur
ob cauſam,ſi illud conſequatur quis cauſa non
ſequuta : poteſt repeti ab eo.ff. &.C. de condic.
ob cau. per totum : ſed beneficiū datur propter
officium:ut ſupra ergo. Poteſt etiam confirma-
ri per aliud dictum Archidiac.alibi non minus
tremendum quod ponit ponit ipſe in.§.j. xliiij.
diſtin. Dum idem uult ipſe de illo qui in malos
6 uſus conſumit fructus beneficiorum:†ut tenea-
tur ad reſtitutionem illorum.ar,illius.§. ubi po
nit illud dictum Hiero.tibi ò ſacerdos de altari
uiuere nō luxuriari permittitur. Ratione cuius
dicti aliqui idem tenent:quod adhuc fortius eſt
de exiſtente in peccato mortali. Præſertim ſi
ſit notorius:cum quilibet notorius peccator ſit
ſuſpenſus ipſo iure.c.fin.de cohabi.cleri.& mu-
lie.& ut poteſt colligi ex notatis in ſum. confeſ.
lib.iij.tit.xxix.q.iij.&.v. Sed uideatur omnino
ad hoc idem propoſitum. Abbas Si.in.c.j. de ce
lebra.miſ.ubi format.q. ſupradictam in termi-
nis:de non dicente officium in ult.q.ibi. An ul-
tra peccati confeſſionem,ad quam tenetur : te-
neatur



neatur etiam ad reſtitutionem : & arguit quòd
ſic : adducendo argumenta prædicta licet non
omnia. Deinde addit,quòd hęc opinio profecto
uidetur nimis rigida , & quòd eam nō tenet do.
Car.ibi.Ex eo, quia de iure non probatur ſecun
dum eum:non tamen reſpondit Card.ad prædi-
cta:ſed quòd tenendo contrarium poteſt reſpon
deri:negando illud aſſumptum, quòd beneficiū
detur propter officium: † ſed imò ut clericus ex 7
quo aſſumptus eſt in ſortē domini , uiuat de pa-
trimonio Ieſu Chriſti,& nō mendicet.xciij.diſ.
c.diaconi. Itē quia uidemus ꝙ clericus propter
non reſidentiam licet priuetur beneficio, non ta
men imponitur ei ꝙ fructus quos non reſidens
percepit teneatur reſtituere:& pro hoc quia do-
nec priuatur titulo, non poteſt dici quin ius ha-
beat in beneficio , propter titulum quē retinet,
ergo ſuos facit ; & quia etiam non ſequitur eſt
priuatus officio,ergo & beneficio.c.iter, de pur
ga.cano.& per nota.per glo.in cle.cupientes,de
pœnis: & poſtremo etiam,quia ſi non ſeruiuit il
li eccleſiæ in particulari,negari non poteſt quin
ſeruiuerit eccleſiæ uniuerſali ſeruiendo in ordi-
ne clericali tanq̄ clericus. Addit tamen Abbas
ibi, ꝙ opinio prima ꝙ reſtituat fructus interim
perceptos eſt tutior. De quo etiam uideri poteſt
in ſum.piſa.in uerb.clericus primo,in.§.fina.&
quod ibi in additione ad illum & per Archiepi.
Flo.in ſum.ſua.iij.parte,de cleri.ſecu.tit. viij. c.
iij.ſub rubri.de fructibus beneficiorum: & facit
quod infra etiam ſtatim tangetur.† An autē hu- 8
iuſmodi nō dicentes officium, poſſint compelli
per ordinarium aliqua uia ad illud dicendum:
uidetur dicendum ꝙ ſic, dictis iuribus,& ratio-
nibus. Ac etiam per id quod habet in.c. niſi cū
pridem, de renun. ubi quòd inter conferētem &
recipiētem beneficiū oritur quidam quaſi con-

m

Universidad de Deusto Biblioteca

tractus:quaſi do ut facias,uel dicas : unde uide-
tur ex hoc quòd ſi non faciat poſſit compelli ſi
non præciſe, ſaltem cauſatiuè : uidelice ſi non
uult repelli à beneficio arg.c.relatum,&.c.non-
nulli,de cleri.non reſidē.& pro hoc quòd priua-
ri poſſit ſtipendio beneficiatus non dicens offi-
cium,& deponi ab officio & beneficio: facit bo
nus tex.in.c.contumaces.l.diſtinc. & melior,in
c.clericus uictum.xcj.diſt.& ibi gloſ.nota. am-
plians hoc uerbum , etiam ſi beneficium tenue
ſit & ita tenue,quòd nō ualeat inde uiuere:quia
imputetur eis quare permiſerunt ſe promoueri
ad tam tenuem eccleſiam:ar.c. horrēdus. xxvij.
9 q.ij.† Vnde ſicut uir tenetur miniſtrare neceſſa-
ria uxori , quæ tamen debitum ei non ualet red-
dere.xxxij. q. vij. c. propoſuiſti , ſic & clericus,
quamuis ab eccleſia ſua ſponſa ſua ſpirituali,de
bitum non recipiat,tenetur eam officiare: & di-
cere cum Apoſtolo.Scio & ſaciari,ſcio & eſuri-
re,& abūdare,& penuriam pati: omnia poſſum
in eo qui me confortat.xl.diſtinct.c. quod dicit
dominus. Et ibi etiam gloſſ.quæ dicit idem ſi à
principio, quando habuit eccleſiam, erat ſuffi-
ciens,ſed poſteà effecta eſt tenuis: quinimo plus
uolunt docto.ut teneatur dicere officium,etiam
ſi eſſet excōmunicatus : ne alias uideretur pro-
deſſe ſibi excommunicatio ſi ex hoc ꝙ excom-
municatus liberaretur à dicendo illo contra.c.
intelleximus,de iudi. imò idem ſi degradatus ſi
fuerit in ſacris : uel etiam ſi non in ſacris dum-
modo beneficiatus quandiu eſt beneficiatus: ut
de his & alijs plenius habetur in ſum. confeſ. li-
10 bro.iij.titu. vij. q. xviij.† Non tamen ut debeat
uel poſſit illud dicere cum alio uel alijs in eccle-
ſia quaſi ex officio ſuo ſicut prius : ſed ſolus de-
bet quaſi per modum orationis ſecundum Ho-
ſtien.argu.c.ſi quis damnatus,cum ſeq.xj.q.iij.



Vbi etiam de ordinato ad titulum ſui patrimonij ut teneatur dicere officium , ſed non in certa eccleſia:ut eſt tex.coniuncta gloſ.in.c.fina.xcij. diſtin.& tenet Anto.in.c.tuis,de præben.& notatur per Ioan.de Ligna.in clemen.j. de celebr. miſſ.ſuper gloſſ.in uerbo miniſtri.

## CAPVT XLII.

☞ *Beneficiatus ordinatus ad minores nunquid teneatur de horis dicendis.6.* 1

*Ordinati ad maiores quo caſu ab horis dicendis excuſentur.* 2

*Onus perſonale nunquid per tertium poßit exequi.* 3

*Officium beatæ Mariæ uirginis quos & quando excuſet à maiori officio.*

*Studentes beneficiati an teneātur ad officium dicendum.* 4

*Officium eſt quoddam annexum beneficio.* 5

*Opiniones quo ad animam tutiores inſequendæ.* 6

*Clericus officium ad quod tenetur, non dicens an & qualiter peccet,Et nunquid teneatur de ſupplemento.* 7

*Infirmitas & paupertas excuſant ab horis dicendis.* 8

*Satisfactio qualis in omißione horarum canonicarum.* 9

*Verba nonnulla prætermiſſa à clerico dum horas dicit, an obligent ad reincipiendum.* 10

*Præceptum iuris poſitiui ad quæ referendum.*

*Horis canonicis ſeruire labijs tatum an ſufficiat.* 11

*Attentio qualis & quanta in oratione requiſita.*

*Horæ canonicæ quo tempore dicendæ , & an ſimul dici poßint.* 12

*Horæ matutinæ an & quando de ſero dici poßint.* 13

*Dies ad horas dicendas quanti temporis.*

Universidad de Deusto Biblioteca

14 *Clericus inuertens horas qualiter ſatisfacere teneatur.*
15 *Officium beatæ Mariæ uirginis an neceſſario dicendum.*
*Et quid de officio mortuorum.*

SOlum hic ſupereſt dubium in conſtituto in
1 minoribus tantum & beneficiato † nũquid
& ipſe ex hoc quòd clericus & beneficiatus
teneatur dicere officium, ſicut alij conſtituti in
ſacris. Sunt enim qui tenere uoluerunt, quòd
nõ teneantur perſonaliter ſeu per ſe dicere ſi no=
lunt: ſed poſſint ipſi dicere per aliũ: & præcipuè
ſi ex iuſta cauſa, putà ſtudij, uel alia cauſa pro=
babili ſint abſentes: & per idoneum ſubſtitu=
tum officient eccleſiam: quaſi in hoc plus ha=
beant iſti quàm conſtituti in ſacris: qui tenen=
tur per ſe dicere, ut ſupra. Ita uoluit Laudenſis,
& ſequutus eſt Petrus, & Abbas antiquus: mo=
uentur iſti per. c. pernenit, de appella. &. c. cum
ex eo, de elect. lib. vj. Sed non probant illa iura:
quia ſolum ibi probatur, quòd tali beneficiato
abſente poteſt per alium deſeruiri eccleſiæ quo
ad miſſam ibi dicendam: uel alia conſueta. Sed
quòd ipſe excuſetur à debito, quod habet, dicen
di officium perſonaliter & priuatim, hoc non di
citur ibi. Ita reſpondet dominus Cardi. tenen=
do contra illam opinionem in clemen. j. de cele=
bra. miſſa. in. v. q. reſpondendo ad unam aliam
rationem quæ allegatur per eundem Lauden.
pro parte ſua: dum dicit quia uidemus quòd hu
iuſmodi conſtituti in minoribus tantum excu=
ſantur ex multis cauſis, ex quibus non excuſan=
2 tur conſtituti in ſacris: † quia illi ſolum propter
infirmitatem excuſantur: xcj. diſ. §. j. &. c. j. &. ij.
Iſti autem multis alijs ex cauſis: quia propter
conſuetudinem, propter appellationem, uel ſi=
milẽ arduam cauſam. c. peruenit, el ſecundo, de
appella. uel propter ſtudium, uel aliam rationa=



bilem cauſam: c. cum ex eo, de elect. lib. vj. &. c.
relatum, de cleri. non reſi. Non enim eſt hoc te=
nendum ſecundum Card. ibi: quia licet ex dictis
cauſis excuſetur à reſidentia: non tamen à dicen
do officio ſeu ab horis canonicis dicendis, ſicut
alij: & iſtud etiam ſatis uidetur de mente Ioan.
in dicto. c. j. de celeb. miſ. ubi allegat theologos
hoc tenere iſta ratione: † quia cum ſit onus per= 3
ſonale, nõ eſt concedendum quòd per alium de=
beat poſſe expleri: iuxta nota. in regula qui per
alium lib. vj. & ideo dicit ibi Io. And. in nouel=
la, quòd uideret libenter, quòd fauore ſtudij ſta=
tueret eccleſia, quòd clerici ſaltẽ in minoribus
beneficiati, ſaltem nõ curati occupati bono ze=
lo ad ſtudium tenendo uicarium in beneficio:
excuſarentur ipſi ab horis dicendis: dicendo ſo=
lum officium beatæ uirginis: & iſtam opinionẽ
etiã Abbas moder. firmat ibi in dicto. c. j. dicens
eſſe de mente Ioan. ibi & in clemen. j. eo. titu. &
quòd tenẽda eſt tanquàm tutior. De quo etiam
per Ioan. de Ligna. in clemen. j. de magi. in ulti.
col. dum format quæſtio. in ſcholari beneficia=
to exiſtente in ſtudio & faciente officiari eccle=
ſiam per alium: † an teneatur ipſe etiam dicere 4
officium: & ibi dicit de iſta queſtione alibi non
legiſſe: & de quo etiam per eundem in clemen.
ut hi qui, de æta. & quali. & in clemen. dignum,
de celeb. miſ. per Ioan. de Ligna. Pro opinio=
ne tamen illa Lauden. & ſequacium uidetur fa=
cere ratio iſta fortis: quia cum clericus in mino=
ribus non teneatur dicere officium ratione ordi
num minorum tantum: quia ſacrorũ ſuſceptio
eſt illa quæ obſtat, non autem ſola illa minorũ
ordinum, ſecundum quòd uidetur communis
concluſio quæ eſt quòd clerici in minoribus nõ
teneantur ad dicendum officium ſi nolunt: ergo
neceſſarium eſt dicere quòd ſi nunc tenetur cum

Universidad de Deusto Biblioteca

beneficium habet, ſola ratione beneficij ad hoc
teneatur, & non alia. Si ſic, ergo ſatis uidetur
eſſe debere illi, ſi ſatisfaciat debito ſuo officiã
do eccleſiam ſufficienter per ſe, uel per alium
pro anima eius qui dotauit eam: quia ſic fa-
ciendo uidetur facere illud, propter quod fa-
ctum & datũ fuit beneficium: & ſic ſatisfactum
rationi.c.fina.de reſcrip.libro ſexto. Maximè
quando officiaret per alium ſufficientiorem &
meliorem ipſo: niſi reſponderetur, negando ꝙ
illa ſola ratione teneatur: ſed imò etiam iſta a-
5 lia: † quia clericus ſiue in ſacris ſiue non acce-
ptando beneficium cenſetur tacitè conſenſiſſe
obligationi dicendi officij: quaſi annexæ ipſi
beneficio ex diſpoſitione iuris: & ſic ex quo-
dam quaſi contractu & obligatione quadam
tacita orta inter dantem beneficium, & acce-
ptatem: ut ſupra tactum fuit. Quæ reſponſio ſa-
tisfaceret probando ipſam diſpoſitionem iuris:
hoc eſt quòd aliquo iure expreſſè hoc caueatur,
ex hoc ſolo actu quod acceptat quis beneficiũ
eccleſiaſticum, teneatur per ſe ad dicendum of-
ficium, ita quòd non ſufficiat per alium dicere
& officiare eccleſiam: quæ cum non reperiatur
clara, in hoc ergo & cætera. Quinimò dictum
c.j.de celebra.miſſa. potius innut oppoſitum e-
tiam in presbytero, & ſic in conſtituto in ſa-
cris: quod eſt fortius ibi aut à ſe: aut à ſchola-
ribus. Sed reſpondent doctores intelligendo il-
lum textum, de officio non quod priuatim &
perſonaliter dici debet: ſed de eo ad quod obli-
gatus eſt presbyter dicere in eccleſia publicè
officiando: quod ſi non poteſt facere uel com-
plere aliqua ex neceſſitate occurrente, permit-
titur ſibi poſſe ſupplere per alios: & quod.c. li-
cet loquatur in presbytero. Idem tamen dicunt
Doctores omnes intelligendum in alio non



presbytero eadem ratione. Sed quicquid ſit
iſtud tenendum tanquàm pro communi magis
opinione & Canoniſtarum, & Theologorum:
† quòd clericus etiam in minoribus tantum, 6
quia nondum conſtitutus in ſacris, ſi habet be-
neficium eccleſiaſticum, etiam ſi non ſufficiens
tenetur dicere officium & horas canonicas per
ſe: & idem in non beneficiato qui in ſacris eſſet.
Quæ opinio cum ſit etiam tutior & ſimus in
concernentibus animam, proculdubio ample-
ctenda & conſulenda eſt: iuxta.c. iuuenis, de
ſponſa.cum ſimilibus. Sed † an peccet morta- 7
liter omnis talis ex hoc quòd non dicit officiũ.
Certè dicendum eſt quòd ſic, ex quo ex præce-
pto eccleſiæ ad id tenetur dicto.c.primo, cum
ibi notatis, ergo contraueniendo peccat morta
liter.c.ſecundo, de maio.& obedien.&.xiiij.q.j.
c.quicquid præcipitur. Fallit, niſi ex obliuione
fortè omiſiſſet quis illud: tunc enim dici poteſt,
ꝙ non incurratur mortale, ſed ueniale tantum.
Tenetur tamen, ex quo nunc recordatur, ſupple
re illud: aliàs negligendo hoc, incipit tunc pec-
care & mortaliter ſecundum doc. Sed an ex hoc
ꝙ unam duntaxat horam omittat dicatur pec-
care: doc. quòd ſic, quando ex induſtria uel ne-
gligentia: non tamen uolunt ex hoc quòd dimit
tat omnes horas unius diei dicat̃ propterea cõ-
mittere ſeptem peccata mortalia, ſed unum tan
tum: licet illud grauius, & tantò grauius, quan-
tò plus dimittit de illo: quia totũ officiũ unius
diei cadit ſub uno præcepto.c.dolentes, de cele.
miſ. † Sed quid ſi non dicat illud ex neceſſitate, 8
fortè quia non potuit, putà propter infirmita-
tem, uel paupertatem quia caret libro: dic quòd
non peccat etiam tũc: dummodo compenſet cũ
alijs orationibus. Non enim præceptũ de dicen
dis horis conſiſtit in certo determinato modo:

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſicut nec etiam indeterminato tempore ut ſta=
tim infra. Licet tamen non ſit determinatus, de=
bet tamen ſeruari conſuetus modus. Adeò quòd
dicendo aliud pro alio ſine cauſa pro libito uo=
luntatis, nō diceretur ſatisfacere præcepto: imò
nec diceretur ſatisfacere dicendo illud non in=
tegraliter: quia ſincopando uel omittendo ali=
quid quod fieri nō debet & peccat, & reprehen=
ditur per clemen. dolentes, de celebra. miſſ. adeò
quòd tenetur redicere qui notabiliter malè dicit
hoc modo ſecundum Pet. de Palu. in. iiij. diſtin.
xv. & ſecundū Archiepiſ. Flo. ubi ſupra, qui in=
uehit contra illos qui expendunt pecunias in ſu
perfluis expenſis: & de breuiario habendo non
curant: ut non dicant tales euadere mortale pec
9 catum. Sed† an omittenti uel negligenti dice=
re horas poſſit imponi competens ſatisfactio a=
lia abſq; eo quòd teneatur dicere quod omiſit:
& totiens quotiens omiſit de hac quæſtio. per
Cardi. in dicta clemen. j. de celebra. miſſ. in. x. q.
ubi arguit quòd non per rationes aliquas, dein=
de ſoluit, quòd ſi confeſſori magis uidetur expe=
diens quòd agat pœnitentia aliam, quàm quòd
redicat horas fortè propter magnam multitudi
nem ad quam tenetur, uel quia fortè indeuotè di
cit, poterit in aliam pœnitentiam commutare:
arg. c. presbyter. lxxij. diſt. ſed de hac quæſtione
ponitur etiam per præallegatum Archiepi. Flo.
ubi ſupra, & ibi cōcludit ipſe etiam idem quòd
poſſit commutare: addens ibi, ꝙ ſi omiſit dicere
per annum, nō eſt neceſſe ut iniungatur ei quòd
dicat illud per annum: & ſic duplex dicat offi=
cium omni die: & ſi unam horam heri dicat ho=
die duas: ſed poteſt in aliud commutari ſecun=
dum eum: & idem ſecundum Tho. in quolibe=
to, licet bene & laudabiliter faceret & cautius
10 ſic faciendo. † Et quid ſi omittat aliqua uerba



nunquid teneatur reincipere: ibidem quòd non:
uel dicit quidem ſed non aduertit ad id quod di
cit. De his & ſimilibus ibi in. d. ſum. ſua, in. iij.
parte de ſtatibus. titu. j. ubi in hoc ultimo ſequē
do Hoſtien. tranſit quòd non: & quòd hoc tene=
re uidetur benignius, & allegat rationem: quia
cum hoc ſit præceptum de iure poſitiuo: non re
fertur niſi ad ea quæ ſub iudicio humano cade=
re poſſunt: & iſta ſunt quæ exercentur per actus
exteriores, non autem per interiores: & allegat
ad hoc gloſ. in clemen. graui. de celebra. miſ. ſu=
per uer. fructum labiorum. ubi glo. argu. † quòd 11
ſatis eſt labijs ſeruire in diuinis horis, licet cor
diuertat ad alia: & ex quo text. in uer. labiorum
ſuorum: ſumunt docto. quòd non ſufficit horas
dicere mente aſpiciēdo ſuper libro ſine alia mo
tione labiorū contra aliquos. Circa hoc tamen
uidelicet circa attentionem in oratione: qualis
ſeu quanta requiratur, proſequitur ipſe plenius
ibi recitando Pet. de palu. in, iiij. diſtin. xv. poſt
beatum Tho. ibidem: & de qua per gloſ. in cle=
men. ſi dominum. de reli. & uene. ſanc. Et† quo 12
tēpore dici debeant horæ, & an omnes ſimul eo
dem tempore dici poſſent, loquēdo de eo quod
dicitur in priuato non officiādo. cōcluſio quòd
ſi poſſint dici, ſingulę ſuo tempore debent dici,
ſi non propter occupationes poſſunt ſimul dici:
& melius tunc eſt prȩuenire quàm tardare: quia
præuenire prudentiæ eſt: tardare uerò negligen=
tiæ: & ideo ad propoſitum hoc refert Ioan. in. c.
j. de celeb. miſ. Exemplum de quodam uiro ſan=
cto, cui dicenti horas ante tempus angelus dei
afferebat uuas acerbas: dicenti poſt tempus affe
rebat marcidas: dicenti uerò hora conuenienti
afferebat maturas. Cæterum de cōſuetudine cu
rialium & illorū qui uerſantur in occupationi=
bus uidetur enim hoc quòd dicant illas omnes

recipiunt eccleſias è manibus eorum, qui tenētur omnino reſignare eas, aliàs ab officio & beneficio ſunt ſuſpendendi, & ſi contumaces perſeuerauerint deponendi: ipſi uerò laici qui ſic contulerunt, & nolunt deſiſtere excommunicandi. c. prçterea. & c. relatum. de iure patro. & c. ſi autem. xj. q. iij. & de iudi. cum nō ab homine.

3 † Requiritur etiam quòd per debitum modum & iuridicum: quia non per ſimoniam & huiuſmodi & ſit ipſe talis qui ſit habilis ad hoc quia nō irregularis, uel propter aliquem in eo defectum. Aliàs autem quando iniuſtè quis tenet beneficium, uel per intruſionem aut ſimoniā, uel quia aliàs inhabilis: talis ſecundum Ray. cum nō intret per hoſtium, dicitur fur & latro: nec habet uiam ſalutis niſi reſignando: uel petendo diſpenſationem ab eo qui cōcedere illam poteſt, ſi eſt impedimentum tale ſuper quo diſpenſari de iure poſſit: quam ſi nō poſſit obtinere, oportet ut ſaluetur quòd omnino dimittat illud, & in utroque caſu agat pœnitētiam de peccato commiſſo: imò & fructus pceptos reſtituat: niſi remittātur à ſuperioribus: ſecūdum quòd refert & ſequitur Archiepiſc. flo. in ſumma ſua. iij. parte. titu. viij. c. iij. Et quid iuris tunc de iſtis talibus ſic

4 intruſis: † nunquid abſoluant ignorantes confitentes ſibi: uidetur quòd non ex quo non prælati. c. omnis. de pœniten. & remiſ. Communiter tamen tenetur, quòd ſaluentur confitentes in fide ſua, quam habuerunt in ſacramentis. c. apoſtolicam. de preſby. nō bapti. & propter iuſtam cauſam ignorantiæ: & quia ignorantia & tollerantia tribuit iuriſdictionem non habēti etiam inhabili. l. Barbarius. ff. de offic. præto. propter quæ tenet Hoſtien. in. c. dudum. el. ij. de electio. quòd non teneantur tales reconfiteri de neceſſitate, licet de conſilio ſic. Attamen ſanguis eorum requiretur ab eis, qui ſe gerebant ut prælatos, ac ſi ipſi deperiſſent: quia quantum in ſe fuit, perdiderunt eos. arg. de offi. ord. c. irrefragabili.



5 Circa prædicta tamen† an teneantur confitentes talibus reconfiteri: uideatur Abbas in dicto. c. dudum. de elec. ſuper gloſ. in uerbo peruenit. qui Abb. putat diſtinguendum inter eos, qui nunquam habuerunt inſtitutionem à ſuperiore, & illos qui habuerūt. Sed ex cauſa ſuperueniente fuerunt priuari: ut confeſſi primis teneantur confiteri: confeſſi autem ſecundis non: ſi non obſtante priuilegio tolerabantur. Quod aliter non examino ego hic: ſed me remitto ad ibi nota. & ad nota. in ſum. confeſ. lib. j. titu. j. q. ultima. & utrum talibus etiam teneantur ſubditi obedire: uel an debitores eccleſiæ teneātur ei reſpondere: uel reſpōdendo & ſoluēdo liberent, nō inſiſto quia nimis eſſet longa quæſtio: ſed quicquid dubitetur in foro conten. † uidetur tenendum in foro conſcien. quòd ſi quis pro certo ſciat quòd poſſeſſor eccleſiæ uel dignitatis non ſit uerus prælatus, nō tenetur ei obedire, nec ſoluere id quod eccleſiæ uel dignitati debitor eſt: nec ſoluendo liberatur: ar. c. eam te cum ibi no. de iureiurā. & c. inquiſitioni. de ſen. excommu. 6

## CAPVT XLIIII.

## REQVISITVM V.

☞ *Reſidentia in beneficio an & quando requiſita.3.* 1

*Precario per modum beneficij an poßit dari alicui.* 2

*Beneficia ſimplicia non requirunt reſidentiam.*

*Iuramentum quam interpretationem recipiat.* 4

Requiritur & unum aliud in tali beneficiato: & ſic quintum in ordine† quòd reſidētiam faciat in ipſa eccleſia beneficiali ſic 1

ſimul de mane uſque ad ueſperas excluſiuè, dè
ſero uerò ueſperas cum completorio:& hoc cō-
13 ſulitur per docto.in.d.c.j.de celebra.miſ. †Po-
teſt etiam matutinū dici de ſero propter neceſſi
tatem honeſtarum occupationum : nam & hoc
etiam quādoque in ſolennibus officijs fit : ut in
officio diei corporis Chriſti, & per totam octa-
uam. Si autem fieret ut quietius ſomno & uolu-
ptati uacaret, non eſſet abſq; peccato ſecūdum
Thomam in quolibeto. Non tamen uidetur cō
demnandum de mortali, ex hoc quòd tardè di-
cat officium, dummodo non tranſeat dies tota:
quæ quātum ad hoc cenſetur uſque ad mediam
noctem: non enim iſtud præceptum de horis di-
cēdis refertur ad tempus, ut ſupra etiam dictum
14 eſt. Sed† ſi quis prætermiſſa una hora dicat aliā,
putà poſt primam dicat ſextam, ſufficit ſecun-
dum aliquos quòd ſuppleat quod omiſit, putà
tertiam: & pœnitentiā agat de negligentia ſua.
Illud tamen cauendum ab eo qui habet celebra
re, ut nō ante celebret miſſam, quàm matutinas
horas primo dixerit: peccat enim mortaliter an
tè celebrando, quamuis poſteà diceret ſecūdum
Hoſtien. & docto. quia facit contra generalem
& approbatam conſuetudinem eccleſiæ.xj. di-
ſtin.c.in his. Non ſic peccat qui celebraret antè
primam: ſed poſt matutinū dictum: niſi hoc eſ-
ſet contra præceptum uel conſtitutionem. De
officio uerò beatę Virginis nunquid neceſſario
ſub præcepto dici debeat, uel quādo, & quomo
do: & ſimiliter de officio mortuorū & de ſuffra-
gijs: de hoc per do. Cardi. in cle. graui. de celebr.
miſ. in. viij. q. ubi arguit pro & contrà: & ſoluit
15 ſecundū Laudē. † quòd ex quo uno & eodē mo-
do omnes eccleſiæ ſeruitores conſueuerunt pro
miſſa & horis talia dicere, quòd qlibet de ipſis
ad hoc tenetur. ar. c. ex parte. de cenſibus. Secus



ſi aliqui tantum dicerent etiam plures ſed non
alij: quod intelligitur in reſidētibus & officiāti-
bus eccleſiam. Secus dicit in illis qui cauſa ſtu-
dij uel alia rationabili habent extrauagari arg.
clemen. dignum. de celebra. miſ.

## CAPVT XLIII.

## REQVISITVM IIII.

*Beneficium qualiter obtinendum. 2.* 1
*Inſtitutio beneficij ut dicatur canonica quæ requirat.* 2
*Intruſio in beneficijs eſt reprobatiſſima. itē & ſimonia.* 3
*Intruſi nunquid abſoluant ignorantes confitentes.* 4
*Ignorantia cum tolerantia tribuit iuriſdictionem non habenti, etiam inhabili.*
*Confitentes an teneantur intruſis iterum confiteri.* 5
*Prælatis nō legitime inſtitutis an obediēdū & ſoluendū.* 6

QVarto requiritur† in ordinato: & qui ul 1
tra ordines beneficium aliquod habet
eccleſiaſticū, & quòd illud legitimè ha-
beat & noſcat ſe habere, quia non ſe intruſerit,
nec per poteſtatem ſecularē uel aliàs illicitè: ſed
mediāte canonica inſtitutione habeat illud: ſi-
ne qua non poteſt ipſum beneficium eccleſiaſti
cum obtineri legitimè, iuxta regulam primam
de regu. iur. lib. vj. etiam ſi longiſſimo tempore
quis tenuiſſet illud: ut dicit ibi glo. & quæ inſti
tutio ut dicatur canonica requiritur. iiij. inter-
uenire: de quibus ibi per gl. Ex quibus colligi
poteſt† quòd ut dicatur quis legitimè habere be 2
neficiū, ut poſſit retinere de iure, requirit quòd
habuerit ab illo, qui ius conferēdi habuerit: pu-
ta prælato eccleſaſtico. non ergo à dn̄o tempo-
rali qui illud ſibi contulerit ut faciunt quoti-
die principes noſtri temporis, & malè: quia pec
cāt grauiter, & non ſolum ipſi ſed illi etiam qui

Universidad de Deusto
Biblioteca



canonicè obtenta ut ſupra. Ad quam reſidentiã
de iure tenetur omnis beneficiatus quodcũque
ſit beneficium ſiue cum cura & hoc indubitatũ
c.licet canon.de elec.lib.vj.ſiue ſine cura:ut no.
Inno.& ibi docto.in.c.fina.de cleri.non reſiden
ti.dum ibi uolunt & uidetur communis conclu
ſio,quòd omnia beneficia quę in titulũ dantur,
requirant reſidentiam, de iure cõmuni loquen-
do,quæcunq; illa ſint & quanticunque ualoris
etiam minimi:arg.c.conquerente.eo.tit. de cle.
non reſid. Dixi autem quæ in titulum dantur:
quia ſecus de illis quæ in ſtipendiũ darẽtur:pu-
tà quia alicui tanq; pauperi & benemerito da-
2 retur aliqua poſſet ad uitam† uel precario quod
fieri poteſt.xij.q.j.c. quia tua. &.xxxij. diſt.c. ſi
qui uerò. De iure cõmuni dixi : quia ex ſtatuto,
cõſuetudine,uel priuilegio poſſunt aliqua eſſe,
quæ non requirunt reſidentiam. quæ in hoc ui-
dentur ualere & excuſare: iuxta ea quæ notãtur
in.c.cum omnes.de conſti.cum diſtinctione ta-
men de qua ibi & ſecundũ quod no.in.d.c.fina.
per docto.maximè Ioã. de Li.ibi. qui dicit hoc
uerbum notandum,quòd de conſuetudine gene
rali hodie beneficia ſimplicia non requirunt re
ſidentiam. De iure ergo tenendum eſt pro regu-
3 la† quòd tenetur omnis beneficiatus reſidere in
beneficio ſuo ut ſupra:fallit ratione conſuetudi
nis,ſtatuti uel priuilegij.d.c.cum omnes,intelli
gendo ut ibi. Item & ſecũdo ratione occupatio
nis:dũmodo tunc deſeruiatur per ſubſtitutũ ſuf
ficientem.c.j.de cele.miſ. Tertio,ratione diſpen
ſationis quã frequenter concedit papa habenti
bus plura beneficia dũmodo deſeruiat per ſub-
ſtitutũ ut ſupra. Quarto in caſu.c. quoniã.de of.
or. Quinto,in caſu.c.extirpandæ.§. qui uerò.de
præbẽ. Sexto,ratione defectus ſeu debilitatis ſu
peruenientis.c.j.de cleri.ęgro.mini. Septimo, in



eo qui haberet ſe abſentare utiliter & honeſtè,
ut cauſa ſtudiorum,uel peregrinationis de licẽ-
tia pręlati:de cõſecra.diſt.v.c.non eſſet.&.c.cũ
ex eo.de elec.in.vj. Itẽ exemplũ in eo qui ſe ab-
ſentat pro utilitate & negocijs eccleſię.c.ex par
te.de cle.non reſid. ubi dicitur quòd talis etiã ſi
iurauit reſidere:licitè ſe abſentat ꝓ negotijs ec-
4 cleſiæ abſq; periurio.† Recipit enim iuramenti
legitimã interpretationẽ ſecundũ Inno.& idem
ſi eſt iuſta cauſa abſentiæ puta propter inimici-
tiam & huiuſmodi.c.inter.iiij.eo.titu.dũmodo
tunc ſeruiat per ſubſtitutũ ut ſupra. Fallit etiã
in omnibus illis caſibus,in quibus non reſidẽs
habetur pro reſidente ex expreſſa iuris permiſ-
ſione:ut ſi eſt aliquis,qui ſit in ſeruitio papæ.c.
cum dilectus.de cleri.non reſid.uel in caſu.c. ad
audientiam.&.c.de cætero.eo.titu.in eo qui eſ-
ſet in ſeruitio epiſcopi:& idem ſi in ſeruitio Ar-
chiepi.c.paſtoralis.de offi.ordina.

## CAPVT XLV.

## REQVISITVM VI.

☞ *Beneficia plura curata an licitum ſit & poßit quis habere.3.* 1

*Beneficia plura in titulum teneri quando poßint,Et quæ concurrere debeant.11.* 2

*Pluralitati in beneficijs locus quando ſit.* 3

*Reſidentia in beneficio an poßit conſuetudine tolli.* 4

*Conſuetudo de non reſidendo an excuſet non reſidentes.* 5

*Pluralitatis beneficiorum incommoda.* 6

*Abundantia mater eſt diſſolutionis.* 7

*Cõſiliũ magiſtrorũ Pariſiẽſiũ ſup pluralitate bñficiorũ.* 8

*Quæſtiones quando periculoſè decidantur.* 9

*Error peccati non mortalis quando liget ad mortale.* 10

Universidad de Deusto
Biblioteca



12 *Pluralitas beneficiorum eſt canonibus inimica.*
13 *Beneficia plura ut quis habeat quinq; cõcurrere debẽt.*

OBſeruare etiam debet talis clericus bene-
1 ficiatus & erit ſextum requiſitum:† ut ſi
habet unum beneficium ſtet cõtentus eo
maximè quando ſufficiens ſibi eſſet, & potiſſi-
mè ſi curatum. Cum duo curata prohibitum ſit
ſimul haberi, & peccatum magnum ſine diſpen
ſatione. imò per acceptationem ſecundi uacare
dicitur primum ipſo facto: & ſi contendat tene-
re utrũque: incurritur amiſſio utriuſque: ut ha-
betur in. c. de multa. de præben. intelligendo ta-
men cum limitationibus & fallẽtijs, de quibus
ibi per ſcribentes. Quinimò nec duo ſimplicia
de iure poteſt quis regulariter habere in titulũ:
2 aut tenere: † præterquã in caſibus. vj. de quibus
per gl. nota. xxj. diſtin. in ſumma. Primus, quan
do eccleſiæ ſunt tenues, ita quòd una non ſuffi-
cit ad ſubſtentationem. x. q. iij. unio. Secundus,
cum una pendet ab alia. c. eam te. de æta. & qua
lita. Tertius, propter raritatem clericorum. xxj.
q. j. c. j. in fi. Quartus, ſi eccleſia eſt annexa præ-
bendæ uel dignitati. dũmodo tunc faciat ſecun
dum quod diſponitur in. c. extirpandæ. §. qui ue
rò de præben. Quintus, ſi habeat unam intitula
tam: & aliam commendatam. xxj. q. j. c. qui plu
res. Sextus, quando haberet quis illa ex diſpen-
ſatione epiſcopi, uel eius ſuperioris qui poſſit
diſpenſare. c. ſanctorum. lxx. diſtin. Ita habetur
in. d. glo. ſummæ. xxj. diſtin. uel poteſt dici dan-
3 do aliam doctrinam in hoc cum quæritur, † an
plura beneficia poſſit licite quis habere: facien-
do duas regulas: ſeu duas concluſiones: quas
ſumo ex dictis docto. in. c. fina. de cleri, non reſi.
Prima regula ſeu prima concluſio quòd in be-
neficijs



neficijs requirentibus reſidentiam, prout requi-
runt omnia de iure communi, niſi ſtatutum, uel
conſuetudo, aut priuilegium aliud inducat: non
eſt locus pluralitati. Ratio huius concluſionis:
quia cum requirant reſidentiam continuam, im
poſſibile autem ſit unum & eundem in duobus
diuerſis locis ſimul & ſemel reſidere. c. quia non
nulli, de præben. ergo, &c. Fallit iſta concluſio
niſi in talibus diſpenſaretur per habentem pote
ſtatem diſpenſandi dicto. c. ſanctorum. lxx. diſ.
& quis dicatur habere poteſtatem hanc infra
ſtatim. Secunda concluſio in beneficijs ſimpli-
cibus non requirentibus reſidentiam, puta ex
ſtatuto: conſuetudine uel priuilegio: locus eſſe
pluralitati. Ratio differentiæ inter iſta, & illa
quæ requirũt reſidentiam. de quibus ſupra quia
in iſtis ceſſat ratio prohibitionis quam dixi in
illis: † & ſic uidetur ex iſta ſecunda cõcluſione, 4
quòd poſſit conſuetudo inducere ut non requi-
ratur reſidentia in eccleſijs, quæ aliàs de iure re-
quiritur: & per conſequens facere pluralitem li-
citã, quæ de iure ſine ea eſſet illicita. Hęc tamen
illatio non tenetur communiter ita generaliter,
ſed reſtringitur ad ſimplicia beneficia: ut circa
illa poſſit conſuetudo diſponere: quantũ eſt cir-
ca reſidentiam: circa curata uerò non: ar. c. quia
cum nulli, cum ibi notatis de præben. Ita dicit
Ioan. de Imo. poſt Hoſti. in dicto. c. fi. Vtrum
autem iſta talis conſuetudo poſito quòd ualeat
de iure poſitiuo & excuſet in foro contentioſo,
ut uigore eius non poſſint plurales cogi ad di-
mittendum, ualeat etiam de iure diuino uel na-
turali: ita quòd excuſare habeat à peccato in fo-
ro pœnitẽtiali huiuſmodi plurales, † in hoc ſtat 5
dubium: non enim ualet conſequentia conclu-
dendo eſt potens tollere reſidentiam in benefi-
cio: poſito quòd potẽs ſit tollere in ſimplicibus
n

Universidad de Deusto
Biblioteca



ut communiter tenetur : ergo eſt potens induce-
re pluralitatem in illis attẽtis rationibus quàm
plurimis & urgentibus ex quibus dicitur prohi
bita ipſa pluralitas : de quibus per doc. in.c.de
multa,de præben. Per hanc enim prohibitionẽ,
ut ibi dicitur,pauperibus clericis prouidet̃,ani-
marum periculis ſubuenitur,materia diſſolutio
nis tollitur , auariciæ uicium ſubmouetur,iuris
diſpoſitioni obtẽperatur, diſpoſitis ſingula of-
ficia ſingulis conferenda.c. ad hæc, de præben.
& eccleſiam unius debere eſſe ſacerdotis.c.cum
non ignores.eo. tit. & quemlibet in ea uocatio-
ne in qua uocatus eſt permanere debere.xxj.q.j.
c j.Quas rationes omnes adducit do. Ant.in di-
cto.c.de multa,in.j.q.circa tex.Item etiam attẽ-
to ex altera parte malo & damno quod ſequit̃
6 ex tali contraria permiſſione pluralitatis.† Se-
quitur enim diminutio diuini cultus, cum unus
ſolus loco pluriũ conſtituitur , qui poſſent om-
nes deſeruire. Sequitur etiam defraudatio ulti-
marum uoluntatum eorum qui contulerunt bo
na eccleſijs,& dotauerunt eas , ut certus ibi nu-
merus deſeruientiũ deo haberetur: uel unus ſal-
tem ſolus haberet ibi continuè ſeruire. Sequitur
etiam inæqualitas , dum unus pluribus benefi-
cijs abundat, alius autem ne unum quidem ha-
bere poteſt : datur etiam materia ambitioni : ut
quis uidens ſe obtinere poſſe plura beneficia,
quærat illa ad finẽ ut ditior euadat:uel ut ſplen-
didè poſſit uiuere: uel ut euadere ſic facilius poſ
ſit ad aſſecutionem epiſcopatus unius. Datur e-
7 tiam materia diſſolutioni† quæ communiter ſe-
quitur ex abundantia:& multa alia proueniunt
mala:ut experientia ipſa docet quotidiana.Qui
bus conſideratis & alijs etiam rationibus quæ
adducuntur multi & theologi,maximè & cano
niſtæ tenent non excuſare ſaltem ita ſimpliciter



ut refert Archiepi.Floren.in ſum.ſua, in.iij.par-
te,de ſtatibus,tit.viij.c. iij. ubi allegando Tho.
in quolibetis multa adducit.Subdens ibi, quòd
de anno.M.cccxxxviij. epiſcopus Pariſiẽſis uo
lens ſcire quid tenendum in hoc fecit conuoca-
tionem omnium magiſtrorum ordinis prædica
torum Pariſijs : & facta longa diſputatione ſu-
per huiuſmodi pluralitate beneficiorum licita
eſſet nec ne. Tandem fuit concluſum duo bene-
ficia ſimul cum ſalute teneri non poſſe, dummo
do unum ualeat xv.paruas libras : intelligendo
de beneficijs etiam non curatis quæ ſcilicet ſunt
ſufficientia ad uitam clerici : ſecundum conde-
centem eius ſtatum, & quòd huic terminationi
conſenſit dictus epiſcopus & quidam do. Hug.
Cardi.illius ordinis prædicatorum cum quibuſ
dam alijs excellentiſſimis magiſtris,quos nomi
nat ibi.†Quodq; poſt tres annos rurſus renoua- 8
ta diſputatione longiori:& ſolenniori fuit idem
concluſum & determinatum per omnes : exce-
ptis duobus,quorum unus mortuus paulò poſt
apparuit deinde,& reuelauit ſe eſſe damnatum:
& hoc inter alias cauſas propter opinionem il-
lam contrariam quam tenuerat in diſputatione
illa. Recitat etiam idem do. Archiepiſ. ibi alios
hoc idem affirmare,inter alios quendam do.Ia-
cobum de Vitriaco cardinalem dicentem hæc
uerba:quòd habere plura beneficia, dummodo
unum ſit competens mortale eſt & damnabile.
Refert etiam Grego.papam nonum compillato
rem Decretalium:qui interrogatus utrum poſ-
ſet de plenitudine poteſtatis diſpenſare cum de-
tentoribus plurium beneficiorum. Reſpondit,
poſſum diſpenſare tantum à uexatione detinen
tium:quaſi uolens dicere ſecundum eum , quòd
poterat ad finẽ ut non moleſtarentur detinentes
in foro contentioſo,non autẽ in foro conſciẽtię.

Universidad de Deusto Biblioteca



Ego autem in hoc paſſu tam dubio & tanti pon-
deris: & in quo agit de materia peccati ſit mor-
tale: & ſic occidens animam uel non mortale
nolo præcipitare ſententiam: iuxta.c. ponderet.
9 l.diſtin.† Vt enim inquit beatus Tho. in quoli-
betis omnis quæſtio in qua de peccato mortali
agitur, niſi expreſſè eius ueritas habeatur, peri-
culoſè deciditur: quia error quo non creditur eſ-
ſe mortale quod mortale, non excuſat à toto: li-
cet fortè à tanto. Error uerò quo credit eſſe mor-
tale, quod non eſt mortale, conſcientiam ligat
ad mortale: imò plus ſola dubitatio qua indu-
citur quis ad hæſitandum quod illud ſit morta-
10 le, quod re uera etiam non eſt, † facit ut mortali-
ter peccet quis: attentando illud tale: poſtea
quia ex hoc quòd attentat illud: ſic in dubio cō-
ſtitutus ſit mortale uel non: peccare dicitur mor-
taliter ſubijciendo ſe ex hoc periculo & diſcri-
mini peccati mortalis: ita dicit ipſe beatus Tho-
mas in quolibeto.xj. ſecundum quòd ipſum re-
fert præallegatus Archiepiſcopus Florē. ubi ſu-
pra. Maximè uerò periculoſum dixerim in his
in quibus ſunt opiniones & rationes probabi-
les hincinde: p quas meritò poſſit dici res ambi-
gua: prout in quæſtione noſtra: in qua theologi
theologis ſunt contrarij: & canoniſtæ canoni-
ſtis. Nec reperitur expreſſè terminata, cum in ſa-
cra ſcriptura non fiat de ea mentio: quamuis ex
aliquibus autoritatibus ſcripturæ argumenta
poſſint adduci: quæ tamen non dilucidam ueri-
tatem oſtendunt: & adeò dubia redditur, ut ſit
ſubſtētabilis ad utranq; partem: & quam alias
& bis uidi publicè diſputari in hoc ſtudio Fer-
rarienſi. Dicam tamen opinionem quæ mihi
alias uiſa fuit legendo dictū.c.fina.de cleri. non
reſiden. ubi doctores communiter hoc tangunt
faciendo ibi & ſequendo illam concluſionem



de qua ſupra quæ eſt communis: ſed illam limi-
tando tribus limitationibus: concluſio ergo ſit
iſta.† Non prohibetur quis de iure habere plura 11
beneſia ſimplicia: ſi ſunt talia quæ de conſuetu-
dine, ſtatuto, uel priuilegio minimè requirant
reſidentiam: & hoc non ſolum in foro conten-
tioſo: ſed etiam in foro conſcientiæ quantum ad
Deum. Limitatur autem iſta concluſio tripli-
citer: primo, ut procedat niſi unum ex illis plu-
ribus ſimplicibus eſſet ſufficiens: quia tunc non
uidetur quòd poſſint duo retineri de iure ſine di-
ſpenſatione per notata in.c. conquerente, de cle-
ri. non reſi. & in.c. eam te, de æta. & quali. & fuit
dictum originaliter Gof. & ſatis rationabile ſe-
cundum Ioan. de Ligna. in dicto. c. fina. qui di-
cit hoc tenendum pro tutiori parte, quicquid
Innocen. uoluerit: cuius opinionem dicit Ioan.
communiter ſeruari in.c. gratia; de reſcri. lib. vj.
dum uoluit ipſe Inno. quòd indiſtinctè liceat ſi-
ue ſufficientia ſiue nō: nam hoc dictum per mul-
tos non recipitur: & ideo ſecundum Ioan. de Li-
gna. conſilium eſt quòd cum diſpenſatione tūc
obtineantur. Limitatur ſecundo niſi plurali-
tas multum excederet: ut quia ſex, uel octo quis
haberet: ſed omnia ſimplicia: † eſt enim talis 12
multitudo canonibus inimica. c. cum iam du-
dum, de præben. ita etiam uult Ioan. de Imo. ibi
poſt Innocentium. Limitatur tertio: & hoc ſe-
cundum dominum Ant. in dicto.c. gratia. de re-
ſcrip. niſi habens plura illa beneficia nollet de-
ſeruire per ſubſtitutum loco ſui caſu quo tene-
retur ſic enim intelligo: quia tunc non uidetur
quòd poſſit cum bona conſcientia ſaltem reddi-
tus recipere. Saluo ſecundū eum niſi eſſent ual-
de exilia per ea quæ habentur in dicto.c. eam te.
Et hæc concluſio cum prędictis limitationibus
ſatis uidetur de mēte moder. in dicto.c. fi. & per

Universidad de Deusto
Biblioteca



quam reducuntur etiam ſatis opiniones ad con
cordiam: & quæ concluſio uidetur poſſe reduci
23 in breuioribus: ut dicatur † quòd .v. demum con
currentibus poſſit quis de iure habere plura be=
neficia & non aliter: quòd ſint ſimplicia: quòd
non requirentia reſidentiam de iure communi
uel de conſuetudine: quòd unum ſolum uel ali=
qua ſimul non ſufficiant: quòd non in magna ni
mis quantitate: & quòd deſeruiatur per alium:
caſu quo non exilia multum. Aliàs non uidetur,
quòd poſſint haberi plura de iure communi ſi=
ne diſpenſatione. Vnum tamen addo & notabi
le multum ad propoſitum: quod dictum ponit
Archiepiſcopus Flo. in. iij. parte, de ſtatibus, tit.
viij. c. iij. ſub rubrica de fructibus bene. ubi po.
nit hæc uerba multum nota. digna. Quod quic=
quid ſit de iure in foro contentioſo, ſufficere ui=
detur in foro conſciētiæ ad ſalutem animæ, etiā
in beneficijs quæ uidentur requirere reſidētiam
de iure. Si beneficiatus ſua cura & impenſis pro
uidet quòd eccleſia decenter officietur, & popu
lus ſufficienter regatur, & ipſe beneficiatus ſit
honeſtæ uitæ & bonorum morum, ita ut ſit exē=
plum bonum cæteris, & de prædictis certificet,
& interdum per ſe ad locū accedat: licet tutius
ſit ſi per ſe ipſum continuè faciat iſta: Hæc ille:
cui addo quòd iſtud dictum fuit dictum uel de
quo fit mentio, in ſum. confeſ. li. j. tit. vij. q. xxix.
Non tamen formaliter dicit ipſe illa ultima uer
ba, ſed dicit dummodo per ſe diuinum officium
diligenter exoluat, & miniſtris ſecundum poſ=
ſibilitatem officij miniſtri ſufficienter. De quo
etiam dicto fit mentio in ſum. Pyſana, in uerbo
clericus primo. §. fi. Et pro quo dicto ad excuſa=
tionem ſcilicet non reſidentium & deſeruientiū
per alios in eccleſia ut non peccent: ſatis etiam
uidetur facere conſuetudo, quæ ſic uidetur com



muniter eſſe: & quam papa ſcit & tolerat arg. c.
cum iamdudum, de præben. Quid tamen tenen=
dum non affirmo ego aliter deciſiue: ſed remitto
ad nota. plenius per doc. in dicto. c. fi. & in dicto
c. gratia, de reſcrip. lib. vj. & in clemen. gratia. e.
tit. ubi latiſſimè per Car. & in. c. cum iamdudū,
de prçben. & in. c. de multa, eo. tit. per glo. etiam
ordinariam & ibi ſcribentes in. c. dudum, el. ij.
de elec. & in. c. quia nonnulli, de cleri. non reſi.
ubi per Hoſti. & do. Ant. per Spec. in tit. de lega.
§. dicendum reſtat uerſic. illud autem conſueuit
quæri. & latiſſimè per do. Abb. Sicul. in repeti.
§. qui uerò, in. c. extirpandæ, de præben.

## CAPVT XLVI.

☞ *Beneficia plura an poßint cum diſpenſatione licite obtineri.* 1
*Diſpenſare ſuper beneficiorum pluralitate qui poßint.* 2
*Papa ſuper quibus beneficijs non diſpenſat.*
*Epiſcopus an diſpenſet ad duo beneficia.* 3
*Diſpenſatio ad duo beneficia qualiter conſtare debeat.* 4
*Diſpenſatio ob publicam cauſam fieri debet.*
*Diſpenſationis diffinitio.* 5
*Diſpenſatio Papæ ſine cauſa ad beneficia an ualeat.*
*Papæ nemo poteſt dicere, cur ſic facis.* 6

SEd hic reſtat dubium: † an in illis caſibus in 1
qbus plura beneficia nō poſſunt de iure ob=
tineri, uel retineri, an ex diſpēſatione ſaltem
poſſint, ut ſit maximè tutus ī cōſciētia ille, q ſic
retinet: Ad qđ dicendū ꝙ certè ſic, dūmodo fiat
ab eo, q habet autoritatē diſpenſandi & debito
modo. Quis aūt poſſit diſpēſare, et qualr: de hoc
in. c. de multa, de præben. ubi concludit per do.
Ant. ibi poſt multas & uarias opinio. recitatas:

Universidad de Deusto Biblioteca



2 †quòd ſuper duobus ſimplicibus uel ſimplici
& curato diſpenſare poteſt ſolus epiſcopus: ut
nota.in.c.literas,de conceſ.præben. Idẽ in præ-
bendis duabus:uel canonicatibus duobus in di
uerſis eccleſijs.c.dudum,el.ij.de elec.Super duo
bus autem curatis, uel duobus perſonatibus,
aut dignitatibus duabus: etiam non curatis ſo-
lus Papa diſpenſat. Et idem ut ſolus diſpenſet
ſuper duabus præbendis: aut canonicatibus in
eadem eccleſia.Solus etiam diſpenſat ſuper ma-
gna multitudine ultra duo ſecundum Anto. ex
3 hoc uolentem † quòd epiſcopus non poſſit di-
ſpenſare ut quis habeat ultra duo beneficia: cu-
ius tamen contrarium in hoc tenet ibi do. Abb.
Quia.c.quia in tantum, de præben. quod alle-
gat do. Ant. ad hoc non probat hoc:imò potius
opponit ſecundum eum. Nam non loquitur il-
lud capitulũ in diſpenſatione quæ ſit ex cauſa:
ſed de ea quæ per ambitionẽ: ut patet ex procœ-
mio ibi,quæ non poteſt dici diſpenſatio, ſed diſ
ſipatio:& quia ſequeretur dicit Abb.ſecundum
hoc ꝙ non poſſet epiſcopus cum una ſublimi &
literata perſona quæ haberet duo beneficia, ex
quibus nõ poſſet uiuere diſpenſare: ut poſſet ha
4 bere unum aliud:quod eſt abſurdum. Vt†tamẽ
ualeat diſpenſatio,& dicatur bene facta:requiri
tur quòd fiat ex cauſa ut notat Ioan.ibi in dicto
c.de multa,allegãdo beatũ Tho.ij.ij.q.lxxxvij.
arti.xx.ubi loquitur de materia iſta diſpenſatio
nis:& qui beatus Tho. in effectu concludit ibi,
quòd diſpenſatio nõ debet fieri propter bonum
priuatũ nec ob cauſam priuatam, ſed publicã:
& quæ cauſa poteſt eſſe triplex ut dicatur legiti
ma,uidelicet propter neceſſitatem eccleſiæ,pro
pter utilitatem eius, & propter euidentem præ-
rogatiuam perſonæ: & ita etiam concludit ibi
Abb.aliàs non dicit diſpenſatio: ſed diſſipatio.



†Eſt enim diſpenſatio, iuris communis relaxa- 5
tio facta cum cauſæ cognitione ab eo qui pote-
ſtatem habet diſpenſandi.Ex hoc inferendo ad
illud dubium:an ualeat diſpenſatio facta ſuper
huiuſmodi à papa ſine cauſa:in quo expreſſè te-
net ibi Abb.quòd non quo ad deum:ut ſit tutus
in conſcientia ille cum quo ſic diſpenſatur ſine
cauſa:ſicut in ſimili dicit gloſ. ſingularis in uo-
uente cum quo diſpenſat papa ſine cauſa: in.c.
non eſt uoti de uoto,ut non ſit tutus talis in con
ſcientia:licet ualeat quo ad eccleſiam militan-
tem & in foro cõtentioſo: cum ipſe ſit ſuper ius
poſitiuũ:† & nemo poſſit ei dicere cur ita facis. 6
c.ſi papa.xl.diſtin. Circa quod licet poſſent al-
legari plura & plurima pro,& contrà. Eſt eñ
articulus diſputabilis, & ad utramque partem
ſubſtentabilis:& ita uidi diſputari,& ſubſtẽta-
ri:omitto tamen breuitatis gratia. De materia
ſimpliciter me remitto ad ibi nota. & in.c. cum
ad monaſterium.de ſtatu mona.c.ueniens. de fi
lijs preſby.& ad gloſ.in.c.dudum..el.ij.de elec.
& in.d.c.ſanctorum.lxx.diſtinctio. & ibi ar. &
j.q.j.c.niſi rigor.& in.c.arſeliti.uerſi. de adulte-
rijs.de iudic. Et hæc uolo ſufficere quantum ad
hoc ſextum requiſitum de pluralitate in benefi-
cijs euitanda.

## CAPVT XLVII.

### REQVISITVM VII.

☞ *Animarum cura quatenus liget curatum.* 1
*Beneficij acceptatio tacitam ducit obligationem.*
*Vigilantia circa curam animarum.* 2
*Animarum cura quanti ponderis.* 3
*Peccata populi comedentes.* 4

Universidad de Deusto Biblioteca

5 *Animarum cura circa quæ uerſetur.*
6 *Prælatorum negligentia.*

1 Debet inſuper† & tenetur clericus benefi=
ciatus maximè qui beneficium curatum
habet cautus eſſe, & diligẽs circa curam
animarũ ſibi ſubditarum: & commiſſarũ. Cum
ad hanc habendam obligatus ſit non ſolum ex
præcepto & ex diſpoſitione legis canonicæ &
diuinæ: ſed etiam ex tacita quadam obligatio=
ne orta in acceptatione beneficij: ex hoc quòd
cõſenſit habere illud quod ſciebat, uel ſcire de=
bebat habere annexum onus illud curæ. arg. c.
tranſlato de conſtitu. Ideo bene uidetur conue=
nire illi uerba illa Prouerbiorũ. v. fili ſi ſpopon
deris amico tuo defixiſti apud extraneum ma=
num tuam: illaqueatus es uerbis oris tui & in=
fra. Teipſum ergo libera: feſtina: ſuſcita amicũ
tuum: ne dederis ſomnum palpebris oculorum
2 tuorum. † Propterea habere debet continuò hãc
obligationẽ ante oculos, ſuos ne obijciatur ei,
quòd dormiens fuerit aut dormitãs: iuxta illud.
Ecce non dormitabit neque dormiet qui cuſto=
dit Iſrael. Nec mirum, quoniam ut inquit Ber=
nardus. Neque dormitat neq; dormit qui im=
pugnat Iſrael. Sit ergo diligens, ſollicitus & in=
uigilans ille qui huiuſmodi curam ſuſcepit ani
marum: ne ex defectu eius quod facere ſibi incũ
bit, ex obligatione ſuſcepti officij pereant ani=
mæ ſibi commiſſę: pro quibus rationem redde=
re habet ante tribunal Ieſu Chriſti in ipſo diui=
3 no iudicio. Secumq; animaduertat † qualis &
quanti oneris ſit ipſa cura animarum quam ſu=
ſcepit: cum dicatur ars artium, & ſcientia ſcien=
tiarum. c. cum ſit ars de æta. & qualita. Inſuper
& cõſideret qualis ipſe debeat eſſe qui cæteros
regendos imò corrigendos ſuſcepit. Qui enim



alios purgandi ſuſcepit curam, neceſſe eſt ut
ipſe alijs purgatior exiſtat. Attendatq; in pri=
mis & uires metiatur ſuas, antequã curam ani
marum ſuper humeros ſuos ſuſcipiat, ex qua de
bitor ueniat: nõ ſolum de culpis ſuis, ſed etiam
de alienis, quorum ſuſcepit ſi non debito ſe ha=
bebit modo. Qui enim delicta aliorum in ſe re=
cipiunt corrigenda, non tam ſui quàm illorum
etiam curam & reſpectũ debent attendere: quia
quorũ ſudoribus uiuunt, quorũ paſcuntur bene
ficijs continuè, dignum eſt ut ex culpis: & defe=
ctibus circa tales commiſſis plectantur, ac te=
neantur: & ideo Gregorius alibi. † Qui de obla= 4
tionibus fidelium uiuunt, quas illi pro peccatis
ſuis obtulerunt, ſi comedunt & tacent: eorum
proculdubio peccata comedunt: imò dicuntur
illorum necatores, nec quaſi credẽtes iudicium
dei habendi ſunt tales. Ita dicit textus in. c. qui
oblationes. xiij. quæſtio. ij. Circa quæ autẽ ma=
ximè conſiſtere debeat iſta diligentia ſua. Di=
cendum eſt † quòd circa multa, maximè uerò in 5
celebrando & officiando debito modo & tem=
pore: ſicut preſbyter in miniſtrandis ſacramen=
tis, communione uidelicet & ſacra unctione.
Item in audiendis confeſſionibus, uiſitãdis in=
firmis, ſepeliẽdis corporibus & huiuſmodi per
ſe uel per alios idoneos, caſu quo per alios iſta
fieri non poſſint, & ita ſe honeſtè gerendo gu=
bernandoq;: ut nullus ex ſubditis malum ex eis
ſumere aliquod exemplum poſſit, neue aliquid
ex negligentia ipſorum poſſit dici deperijſſe:
alias enim ſanguis talium ſibi ſubditorũ, ideſt
animarum amiſſio ſibi commiſſarum requira=
tur à deo de manibus eorum: ſicut dicit textus
ille tremendus in. c. irrefragabili. de officio or=
dinarij. & in capitulo cum ad monaſterium. de
ſtatu monachorum. & in capitulo qualiter &

6 quando de accuſa.†Sunt enim prelati teſte Gre gorio tot mortibus digni, quot ad ſuos ſubditos perditionis exempla tranſmittunt. Negligẽtia namq; in prelatis dicitur mortale peccatum iuxta gloſ.illam notabilem in.c.ea quæ.de offi. archid.Sicut etiam dicitur de diſſimulatione in eis,ut ſit peccatum mortale:ut eſt alia gloſ. notabilis in.c.clericum.de immuni.eccleſiæ. li.vj.

## CAPVT XLVIII.

## REQVISITVM VIII.

1 ☞*Cura cleri qualis circa eccleſiam.*
*Tutor utilitatẽ propriã pupillari præponere non debet.*
2 *Prælato potius acquirẽti ſibi quàm eccleſiæ imputatur. Acquiſita de redditibus eccleſiæ prælatus an poßit ſibi appropriare.*
3 *Prælatus ad dilectionẽ eccleſiæ magis tenetur,quàm conſanguineorum.*
4 *Præſcribi res eccleſiæ ſinens tenetur de negligentia.*
5 *Negligentia reddit prælatum noxium.*

1 SEd † non ſufficit beneficiato curato maximẽ habere curam circa perſonas ſubiectas eccleſiæ, niſi habeat etiam circa ipſam eccleſiam: & iura & beneficia ipſius: quam tenetur habere præcipuã, & quidem non minorem quàm in ſuis proprijs patrimonialibus. Nõ enĩ debet neque poteſt utilitatem ſuam propriam præponere utilitati eccleſiæ:ſicut nec tutor utilitatẽ ſuam utilitati pupilli.l.tutor.§.j.ff. de admini.tuto.Ita dicit gloſ.notabi.in.c. quicunq;. xij.q.iij. Et ideò uult illa gloſ.†quòd ſi præla 2
tus neglexit acquirere eccleſiæ ſuæ cum poſſet:



& maluit ſibi acquirere ſit quid imputandũ ei: quam glo.ad hoc allegat Abb.pro notabi.in.c. ij.de pœniten. cle. qui tex.etiam in dicto.c.ij. bene facit ad propoſitum:dum uult quòd acquiſita ex redditibus eccleſiæ non poſſit ſibi appropriare,uel alteri,ſed eccleſiæ tenetur acquirere. Et ideo ſumunt ibi docto.Ioan.poſt Hoſtien.& alij† quòd tenetur prælatus plus diligere eccle- 3
ſiam ſuam,quàm cõſanguineos uel alios quoſcunq; amicos:imò pluſquã ſeipſum. Ex hoc inferendo ibi, quòd non debet prælatus procurare ut potius relinquatur ſibi, quàm eccleſiæ: de quo ut ibi. Sit ergo diligens ut non permittat præſcribi res eccleſiæ:† aliàs poſſet agi contra 4
eum ad intereſſe per eccleſiam: licet enim cõtra eccleſiam præſcribatur ex negligentia prælati: tenetur tamen prælatus de hac negligentia ſua, quo ad effectum etiam ut poſſit agi contra eum ad intereſſe.Iſta eſt gloſ.notabi.in.c. placuit. el ij.xvj.q.iij.in gloſ.in uerbo perueniat.in fi. quã allegat ad hoc Abbas pro ſingulari in.c.ij. de dona.& idem Abbas in.c.iij.de pigno.ubi plus dicit,quòd idem ſi potuiſſet aliquis acquirere eccleſiæ,& non acquiſiuiſſet,ſed neglexiſſet: allegando ad hoc bonum text.cum glo. xij.q.iiij. c.ij. Ad inſtar ſimiliter tutoris, qui tenetur ad prædicta.C.arbitri.tute.l.quicquid. & ad idem bona gloſ.in.c.ea quæ,de officio archi.dum dicit ibi,†quòd tenetur prælatus non ſolum de la 5
ta culpa & leui ad inſtar tutoris:ſed etiam de negligentia ut ibi,cum etiam propter negligentiã remoueatur.c.j.de officio cuſto. cum alijs multis quæ allegat gloſ.illa ibi.

## CAPVT XLIX.

☞*Bona eccleſiæ an poßint alienari, & hypothecæ titulo obligari.* 1

Universidad de Deusto Biblioteca



2 *Alienatio rerum eccleſiæ quibus permiſſa caſibus.*
3 *Alienationis rerum eccleſiæ forma.*
4 *Alienatio rei eccleſiaſticæ in caſu permiſſo ſine forma non tenet.*
5 *Conſuetudo nunquid tollere poßit ſolennitates alienationis bonorum eccleſiæ.*
6 *Bona eccleſiæ mobilia an poßint alienari, & quæ non.*
7 *Calices & ornamenta eccleſiæ an poßint obligari aut pignerari.*

1 CAuere etiam debet † ne res & bona eccle-
ſiæ: maximè immobilia alienet: non enim
poſſunt alienari neque hypothecæ titulo
obligari: ut habetur in.c.nulli.de rebus eccleſię
non alienã.&.xij.q.ij.c.ſine exceptione.& in.c.
hoc ius.x.q.ij.niſi in caſibus à iure conceſſis, &
ſeruata forma à iure tradita. Qui autem ſint ca-
ſus à iure permiſſi.glo.xij.q.ij.in ſumma enume
2 rat.iiij. † Primus, cauſa neceſſitatis, ut ſi debitũ
urget.x.q.ij.c. hoc ius. Secundus, cauſa pieta-
tis, ut pro redemptione captiuorũ, uel propter
alimenta pauperum.xij.q.ij.c.aurum. Tertius,
cauſa utilitatis.c. ſine exceptione.c. cauſa. vij.
q. Quartus, cauſa commoditatis, uel maioris
utilitatis: eadẽ.q.c. terrulas. Quibus poſſet ad-
di alius, propter eccleſiam ædificandam, uel cy
miterium ampliandũ.d.c.aurum. Item alius de
quo in.c.bonæ rei.ea.q. & alij etiam qui tamen
omes poſſent reduci ad dictos.iiij.ut dicit pręal
3 legata glo.ſummę. † Quæ autẽ ſit forma aliena-
tionis rerum eccleſiæ: ſunt opiniones, nec bene
poteſt dari certa regula cũ oporteat ꝙ ſit uaria
ſecundũ uarietatẽ eccleſiarũ: quia aut ſunt epi-
ſcopales: aut parochiales, aut monaſteriorũ uel
aliæ. Colliguntur tamen omnes formæ in dicto



c. hoc ius. &.c. ſi quis epiſcopus. &.xij. q.ij.c.
placuit.& in.c. alienationes.c. abbatibus &.c.
ſine exceptione. Et hic addendũ, quòd adeò re
quiritur formã ſeruari: ut ſi fiat ſine illa, ſit nul-
la ipſo iure † etiam ſi fieret in caſu licito permiſ- 4
ſo: quia in aliquo ex illis præmiſſis: & hoc tenẽ-
dum quicquid in contrarium uoluit glo. præal
legata ſummæ.xij.q.ij.& etiam Hoſtien.in ſum
ma eo.tit. quæ gloſ.communiter reprobatur: ut
de hoc habetur & nota.in.c.j.de reſtitu. in inte-
grum.in glo.penul. ibi quæ tenet contra illam:
& pro quo bonus text.in clemen.j. de rebus ec-
cleſiæ non alie.& in.c.j.eo.titu.lib.vj.ubi requi
runtur hæc duo copulatiuè: & de quo etiã in.c.
tua.de his quæ fiunt à prælato, ubi per Abbatẽ
& in.c.cum apoſtolica.eo.tit.per do.Anto. qui
nititur ſaluare ibi glo.illam contrariam. † Vtrũ 5
tamen per conſuetudinem poſſit detrahi ſolen-
nitatibus prædictis: recurre ad notata per Ioan.
And.in dicto.c.nulli.& in.c.j.de rebus eccleſiæ
non alie.lib.vj.ubi Geminia.ſentit quòd ſic: po
nitur etiam in.c.j.de his quæ fiunt à prælato, ibi
per abbatem. Et hæc loquendo ut dixi de bo-
nis immobilibus eccleſiæ. † In mobilibus enim 6
non requiritur ſolennitas illa: non tamen ut poſ
ſint ipſa mobilia eccleſiæ alienari ſic indiſtin-
ctè, maximè ea quorum eſt uſus neceſſarius in
eccleſia, ut ſunt calices, libri, & ueſtimenta ſa-
cerdotalia: talia enim non ſine magna cauſa &
rationabili, quia ex iuſtiſſima neceſſitate urgẽ-
te alienari non poſſunt: ut habetur in capitulo
primo. de pignoribus: imo uidetur, † quòd nec 7
obligari poſſint uel pignorari huiuſmodi cali-
ces, & libri, & ueſtimenta: per illum text. in di-
cto .c.j. ſecundum unum intellectum, quem ſe-
quitur ibi Abbas & Ioannes de lign.& per quẽ
tex.dicunt poſſe teneri, quòd licet clericus poſ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſit obligare res eccleſiæ generaliter pro obſerua tione contractus liciti.c.nulli.de rebus eccleſiæ non alie.per illum tex. à contrario : tamen hoc fallit in prædictis rebus calice, patena, & aliijs de quibus in dicto.c.j.quod dictum tanquã ſingulare eſt bene notandum.

## CAPVT L.

1 ☞Bona eccleſiæ an poßint locari,& uſque ad quod tempus.

2 Locatio bonorum eccleſiæ ad ſeptennium an requirat ſolennitatem.

Venditio fructuum & reddituum ad modicum tempus ſine ſolennitate religioſis conceſſa.

3 Clericus locare poteſt ad modicum tempus.

Tempus modicum quanti temporis.

4 Sacerdos locare operas ſuas num ualeat.

5 Locare fructus eccleſiæ pro uita ſua nunquid rectori conceſſum.

6 Succeſſor utrum teneatur ſtare contractui prædeceſſoris tempore nondum expleto.

Hæres locatoris an teneatur conductori ad intereſſe pro tempore quo colonus expellitur.

7 Obligatio eccleſiarum pro alienis debitis quam incurrat pœnam,Et quid de mutuo.8.

Debitum alienum in eccleſia quod dicendum.

8 Cautela pro alienantibus eccleſias pro alienis debitis,ut euitent pœnam.

9 Paulinæ conſtitutiones circa alienationẽ rerum eccleſiæ.

Emphyteuſes eccleſiæ quanto tempore alienabiles & quando.

Vtrum



VTrum autem†bona eccleſiæ etiã immo- 1
bilia poſſint locari ſub annuo cenſu, uel
ad affictum cõcedi : tex.eſt quòd ſic, in.c.
fi.ne prela.ui.ſu.ubi tex.& ita colligit ibi Ioan.
deAn.ex illo in primo ſuo notabili,quòd rector
eccleſiæ poteſt locare uſque ad ſeptem an. omnes
fructus, obuentiones, & redditus eccleſiæ ſuæ,
etiam non interueniente autoritate alicuius ſu-
perioris:ex hoc dicens ibi notabiliter poſſe col-
ligi,†quòd locatio ad ſeptennium non requirit 2
ſolennitatem illam de qua ſupra,quæ,ſcilicet re
quiritur in perpetuis alienationibus : ita dicens
poſſe & debere intelligi tex.in dicta clemẽ.j. de
rebus eccleſiæ non alie. quæ ſimpliciter permit
tit religioſis uẽditionem fructuum & redditũ
ad modicum tempus ſine aliqua ſolennitate,
quod eſt nota.dignum.Sed uideatur Bal.in.l.iu
bemus nulli,in.ij.col.C.de ſacroſanc. eccle. ubi
dicit ipſe†quòd poteſt clericus locare ad modi- 3
cum tempus,& quòd conſuetudo interpretatur
modicum tempus decem anno. licet Ioan. non
uoluerit hoc firmare in dicta cle.j. Ponit etiam
ibi notabilem quæſtionem de rectore eccleſiæ
qui locauit ad decem an.& primo anno recepit
penſionem pro decem an. & allegat Archi.xij.
q.ij.c.alienationes,ubi tenet quòd non: licet nõ
ſequatur ipſe ſimpliciter hoc: ut ibi per eum. Et
†an poſſit ſacerdos locare operas ſuas ſpiritua- 4
les,de hoc in dicto.c.ſignificatum, de præbẽ. &
in.c.ij.ne præla.ui.ſu.per Inno. & in.c. illico,in
glo.magna,de cler.non reſi.lib.vj.Et ibi uiden-
dum in.d.c.fi.ne præla.ui.ſu. An poſſit rector ec
cleſiæ pro toto tempore uitæ ſuæ locare fructus
eccleſiæ ſuæ ibi enim gloſ.ij. in fi.uult notabili-
ter quod ſic:& ad hoc continuè allegatur gloſſ.illa
pro notabili & ita tenet Fede.conſi.lj. & Hoſti.
in ſum.de his quæ fi.à præla.§.fi.& ſequitur do.

Universidad de Deusto Biblioteca

Abbas ibi. Pondera tamen quia ut etiam ibi di
cit Ioan. de An. non uidetur hoc probare glo. il-
la licet ita allegetur: ſed ſolum de tempore ſeptẽ
annorum, referendo eam ad tex. ſuper quo poſi-
5 ta eſt. † Et quòd pro toto tempore uitæ non poſ-
ſit fieri, uidetur tex. in dicta cle. j. de rebus eccle.
non alic. in uerbo eius: & hanc partem quòd nõ
poſſit tenet expreſſè Ioan. de Lig. in. l. ſi filio. §.
ſunt. ff. ſol. mat. quaſi in tali caſu non poſſit dici
facta locatio iſta ad modicum tempus, ut requi
rit cle. illa imo potius cenſenda perpetua ar. l. j.
ff. pro ſocio, & ideo cõcludit ibi, quòd ut teneat
talis locatio, neceſſe eſt quòd interueniat ſolen-
nitas conſueta in perpetuis alienationibus: &
ita teneo ego ſic intelligẽdo glo. illam ut ſupra.
6 Et ibi etiam in dicto. c. fi. ponitur † de ſucceſſo-
re, an teneatur ſtare contractui prædeceſſoris de
cedentis ante finitum tempus: ſunt enim opinio
nes decẽ diuerſæ in hoc quas refert ibi do. Car.
uidendum ibi per eum & alios ſcribentes: maxi
mè do. Io. de An. qui latè hoc proſequit̃ ibi. Qui
etiam ponit an in caſibus in quibus ſucceſſor in
beneficio nõ tenetur ſtare colono, teneatur hæ-
res locatoris cõductori ad intereſſe, pro tempo-
re quo colonus expellitur allegando Ioã. tenere
ꝙ non, niſi quatenus ad eum peruenit. Cautos
etiam oportet eſſe clericos qui habent eccleſias
7 ſub ſe † ut non obligẽt ſe & eccleſias pro alienis
debitis: quia ipſo facto incurrunt ſuſpenſionem
ab adminiſtratione temporaliũ, & ſpiritualiũ:
per tex. ad hoc notabilem in. c. ij. de ſoluti. & ibi
uideatur do. Anto. qui dicit, quòd alienum debi
tum poteſt dici omne illud quod non pertineret
ad eccleſiam: licet ad prælatũ etiam ipſum per-
tineret: ita quòd eccleſia ad hoc non teneret nec
in hoc uerteretur eius utilitas uel neceſſitas qd'
dictum multũ notant ibi moder. ex hoc inferen-



tes: † quòd ſi recipiat mutuum pro alio, uel etiã 8
pro ſe, ita ꝙ non ad utilitatem uel neceſſitatem
ueniat conuertendum, incidit in pœnam illam,
niſi pro neceſſitate perſonæ ſuæ faceret: p ea quę
habentur in. c. iij. de pig. & in. c. j. de ſolutio. per
Abba. Quod profecto eſt bene notandum: quia
multi hanc pœnam ignoranter incurrunt: ſed ui
deatur ibi Io. de Lig. qui ponit cautelam circa
hoc, qua mediante excuſentur ab illa. Cæterum
has & alias quæſtiones ſimiles multas ceſſare
faciunt hodie † conſtitutiones illæ duæ Paulinę 9
æditæ à papa Paulo. ij. maximè una illa quę in-
cipit ambitioſè, ſi tamen ſic uſu receptæ ſunt, &
ut poſſint dici omnes aſtringere: per illas enim
multũ reſtricta fuit clericis facultas circa alie-
nationes rerum eccleſiaſticarum, necnon etiam
circa obligationes hypotheticas & locatorias
illarũ ultra triennium, præterquàm in caſibus à
iure expreſſis. Item etiã circa infeudationes uel
emphyteuſes etiam ab antiquo concedi ſolitas,
niſi fiant cũ euidenti utilitate: imò etiã circa fru
ctus & bona quæ ſeruando ſeruari poſſunt: pro-
hibendo hæc ſub pœna annullationis ipſius a-
ctus ipſo iure, necnon excõmunicationis & pri-
uationis ipſo facto incurrendis: ut de his latius
in illis. & ideo præcauendum ab huiuſmodi, &
diligens ſuper his habenda conſideratio à be-
neficiatis omnibus.

## CAPVT LI.

☞ *Beneficiorũ fructus & redditus qualiter diſpẽſandi.* 1
*Res eccleſiæ ut communes & Deo oblatæ ad pios uſus* 2
*diſpenſandæ.*
*Bona eccleſiæ non dicuntur propria rectoris, ſed com-
munia.*

Universidad de Deusto Biblioteca

3 *Rectores eccleſiarum quibus nominibus uocentur circa bona eccleſiæ.*

4 *Beneficiati an faciant fructus ſuos deductis expenſis neceſſarijs.7.*

5 *Donatio fructuum eccleſiæ an & quatenus permiſſa.9.*

6 *Differentia qualis inter ſecularem & beneficiatum clericum quo ad diſpenſationem rerum eccleſiæ.*

7 *Teſtari de bonis eccleſiæ an conceſſum, & quibus.*

8 *Canonici an poßint teſtari de bonis ex præbēda acqſitis.*

10 *Beneficiorum mali diſpenſatores carpuntur.*

11 *Donare turpibus perſonis de rebus eccleſiæ quando conceſſum.*

12 *Auaricia & prodigalitas in adminiſtratione rerum eccleſiæ reprobantur.*

13 *Increpatio in uſurarios clericos.*

14 *Auarus etiam in orationibus aurum petit.*

15 *Furari quo caſu permiſſum.*

16 *Miſericordiæ opera quando obligent quemlibet.*

SEd & conſiderationem quoq; aliam ultra
prædictas oportet beneficiatum habere,ui-
1 delicet,†circa fructus,& redditus beneficio
rum fideliter diſpenſandos ut debent & tenen-
tur : non autem diſſipandos ut plæriq; faciunt,
& malè:quia in damnationem animæ ſuæ.Non
enim hoc credendum eſt, quòd poſſint de illis
diſponere pro libito uoluntatis: quia non de il-
lis qui ſibi ſuper ſunt ultra uictum & ueſtitum.
Illos enim uidetur, quòd teneantur diſpenſare:
& erogare in honeſtos & pios uſus per iura mul
ta,quæ uidentur apertè eos ad hoc aſtringere.
De quibus.xij.q.j.quaſi per totum; maximè per



tex.in.c.res eccleſiæ,ubi tex.ad literam.†Res ec 2
cleſiæ non quaſi propriæ ſed ut cōmunes & do
mino oblatæ, cum ſummo timore nō aliter quã
in pios uſus ſunt fideliter diſpēſandę & ideo ibi
glo.ſuper uerbo propriæ quod id ſolum clerico
rum eſt,ꝙ probabili ratione conſumunt.Et ꝙ il
lud quod retinent ultra illud quod ſibi ſufficit,
uiolenter retinent : & allegat ad hoc bona iura:
ad hoc omnia alia iura quæ adducit Gracia. ad
probandum,ꝙ bona eccleſiarũ non poſſunt di-
ci propria rectoris earum.ſed communia:maxi-
mè.c.expedit ibi non enim propriæ ſed commu
nes ſunt eccleſiæ facultates. Item alia iura quæ
inducit ad oſtendendũ,†ꝙ nō poſſint dici domi 3
ni earum:ſed potius in eis quidam quaſi procu-
ratores:ut dicit tex. in dicto. c. ſi priuatum,ibi,
quorum procurationē quodammodo gerimus:
& de dona.paſtoralis,& in.§.j. xiiij.q.j. ubi ap-
pellantur adminiſtratores: ibi utuntur enim re-
bus eccleſiæ nō ut ſuis, ſed ut ſibi creditis ad di-
ſpenſandũ : uel etiam quidam quaſi defenſores:
ut dicit tex.in.c.in canonibus.xvj.q.j. Ad idem
iura quæ euidenter uidentur probare,†ꝙ non fa 4
ciant fructus ſuos , qui ſibi ſuperſunt deductis
expenſis ſibi neceſſarijs, & ꝙ quicquid ultra il-
los reperiuntur habere pauperum eſt : ut eſt tex.
ad literam in.c.quoniam quicquid.xvj.q.j.& in
c.apoſtolicos.xij.q.j.cum ſi. Item etiã iura quæ
dicunt eos debere eſſe contentos uictu & ueſti-
tu.c.clericus qui Chriſti,in fine. xij. q.j. & in.c.
duo ſunt genera Chriſtianorum ibi uictu & ue-
ſtitu contenti ſint,& in.c.quia tua eadem cauſa
vij.q.j.& quòd ſupereſt eleemoſynam &c. & in
dicto.c.expedit,ad hoc tex.in.§.j.xliij. diſt.ibi,
tibi ò ſacerdos de altari uiuere nō luxuriari per-
mittitur : per quæ iura & alia ad hoc propoſitũ
multi & quam plurimi maximè autoritatis te-

Universidad de Deusto Biblioteca



nuerunt hoc quod prędictũ eſt:uidelicet, ꝙ non
faciant beneficiari fructus ſuos qui ſuperſunt de
ductis ſibi neceſſarijs:inter quos Archi.in.c. ſta
tutum.§.aſſeſſorem,de reſcrip.lib.vj.qui ad hoc
ponderat illum tex. in uerbo de ſuo proprio , &
adeò firmat , & inhæret huic opinioni Doctor
iſte:ut audeat dicere quòd hæreticum ſit tenere
contrarium:& quòd ſi quæ iura reperiunt̃ , quæ
uideantur uelle contrarium : intelligenda ſunt
omnia quo ad fidelem diſpenſationem & alle=
gat.c.omnino.xxj.diſt.&.c.ſtudeat.l.diſt.& di=
cto.§.j. xliiij. diſt. Sentiunt etiam iſtam partem
plures glo.iuris canonici glo.in.c.poſſeſſiones,
de rebus eccleſiæ non alie.glo.in.c. peruenit, de
fide.glo.in.c.cum olim,de rerum permuta.gloſ.
in.c.fi.de pœni.cleri.glo.in.c.quia nos, de teſta.
& glo.in.c.res quæ.xij.q.j.dum uolunt iſtæ glo.
quòd ęquiparentur beneficiati uſuarijs in fructi
bus beneficiorum : qui uſuarij nõ faciũt fructus
ſuos ultra uſum ſibi neceſſarium. Iſtam partem,
quòd beneficiati non faciant fructus ſuos niſi
pro neceſſitate ſua & eorum qui ſeruiunt ſibi:
5 † nec poſſint per conſequens donare niſi pauca
aliqua pro remuneratione:ſentit Innoc.in.c.in=
decorum,de æta.& qualita.Ioan.de Lig.in cle=
men.gratia,de reſcrip. & idem etiam Ioan. de
Fan.& Pet.de An.ibi & ſequitur etiam Domi.
in.c.præſenti,ubi de hoc per eum de offi.ordi.li=
bro vj. Quaſi ſecundum iſtam opinionem † in
6 hoc differant clerici beneficiati a ſecularibus:
quia ubi ſeculares ex rebus temporalibus quas
poſſident poſſunt pro libito uoluntatis diſpo=
nere etiam ſecundum deum : dummodo non in
illicitos uſus : nec auariciæ gratia : ut nota.per
glo.in.c.duo ſunt.xij.q.j. clerici non ſic: quoniã
illud quod supereſt tenentur ipſi diſpenſare in
pios uſus uel neceſſitates pauperum : tanquàm



boni diſpenſatores uel adminiſtratores. In hoc
tamen plus poſſunt in illis quàm adminiſtrato=
res : quia ubi adminiſtrator non poteſt donare,
ipſi poſſunt donare:dummodo non immodera=
te & perſonis dignis & bene meritis. c. cæte=
rum , de dona. cum ſimilibus : & ſic non eſt ue=
rum dicere, quòd in totum æquiparentur uſu=
fructuarijs,neque in totum uſuarijs:uel admini=
ſtratoribus: aut procuratoribus.Sed ſint quod=
dam mixtum ſeu participium participans de na
tura ſingulorum ſecũdum quod alias dicebam
in hoc quæ uerba bene nota. Aduertendum
tamen , quia licet concluſionem præmiſſam te=
neant & ſequantur tot præſati & gloſ.& Doct.
fundetur etiã tot iuribus & canonibus ut ſupra.
propterea uidetur poſſe dici ꝙ ſit de iure uerior
ac etiam magis cõmunis doctorũ & gloſſarũ:
Contraria tamen ſeruatur de conſuetudine illa,
ſcilicet quam tenet & firmat glo.illa ordinaria:
& ſingularis : licet uulgatiſſima in.c.præſenti, 7
de offic.ordi.lib.vj.in uerbo reſeruari: † quæ eſt
ut clericus beneficiatus faciat fructus beneficij
ſuos ſtatim quo collecti ſunt,& per eum recon=
diti : & de eis poſſit diſponere ſecundum uolun
tatem ſuam , & donare moderate tamen donec
uiuit : tanquàm æquiparetur uſufructuario : &
hoc quicunque ille ſit,ſiue talis qui ſit ſimplici=
ter & perſonaliter beneficiatus : ſiue etiam ha=
bens beneficium cum adminiſtratione quo ad
affectum,ſcilicet ut poſſit diſponere in uita do=
nec uiuit & ſanus eſt : quo ad effectum uerò an
de illis poſſit diſponere poſt mortem:hoc eſt te=
ſtari:putat gloſſa illa diſtinguendum inter prę=
dictos beneficiatos ſimpliciter & perſonali=
ter : & beneficiatos cum adminiſtratione ut
primi poſſint diſponere in uita:idem & in mor=
te : & ſic teſtari de eis & legare prout uolunt:

Universidad de Deusto
Biblioteca



Secundi uerò, uidelicet beneficiati cum admini-
ſtratione,non:quaſi dicat illa glo.quòd compa
rentur iſti uſuario potius , quam uſufructuario
quo ad diſpoſitionem reddituum poſt mortem:
qui ut ſicut ille non poteſt ita nec iſte:ita conclu
ſione uult gloſſ. illa licet per alia uerba in dicto
c.præſenti. De cuius ueritate multum diſputat
Domini.ibi & doc.omnes ſcribentes in. c. fi.de
pœni.cleri.& maximè Io.de Ligna. ibi qui tan-
dem concludit quòd licet prædicta prima opi-
nio Archi.& ſequacium , quòd non faciant fru-
ctus ſuos indiſtincte tanquàm uſuarij & in uita
& in morte ſit uerior de iure:& illam tenent præ
fati docto. tamen de conſuetudine eccleſiæ ſer-
uatur illa Ioan. de qua ibi in dicto. c. præſenti,
quæ etiam fuit Hoſti. & quam opin.dicit Pe.de
Ancha.tolerari poſſe etiam de iure per id quod
habetur in.c.ſi propter tua, de reſcrip. lib.vj.&
in extrauaganti Ioã. quæ incipit ſuſcepti & per
id quod Io.in regula nemo plus,lib.vj.ſatis etiã
probatur ex.c.unico,de cleri.non reſi.lib.vj.per
locum à contrario.Quicquid tamen ſeruetur de
cõſuetudine prima ut dixi uidetur de iure uerior
per prædicta & alia multa quæ do. Abb. addu-
cit pro confirmatione eius in dicto.c.cum eſſes,
in repetitione ubi expreſſè improbat gloſ.illam
in.c.præſenti,de offi.ordi. in eo quòd diſtinguit
inter clericum habentem adminiſtrationem &
non habentẽ:& quã diſ. etiam improbat Pe. de
An.quia non probatur iure. Non enim uerum
eſt ꝙ probetur per illud.c. requiſiſti, de teſta. ꝙ
allegat:& quia nimis reſtringit.c. cũ in officijs,
de teſta.cum ſi. nec habere uidetur in ſe rationẽ:
ac etiam quia cõtra tex.in.c.relatum,el.ij.de te-
ſta.in pluribus ut nititur ipſe oſtendere ibi in di
8 cto.c.cum eſſes,& in dicto.c.relatũ †dum quæ-
rit de canonicis , an poſſint ipſi teſtari de bonis



quęſitis ex præbendis ut alij reliquant quàm ec
cleſiæ:& cõcludit quòd non:& idem in alijs be
neficiatis quicũq; illi ſint. Quicquid dicat gloſ.
uideatur tamen Domini. ibi ſuper ipſa qui di-
cit ſe putare illã bene loqui,intelligendo ipſam
ſanè prout magiſtraliter locuta eſt tribus con-
currẽtibus: quòd non habeat adminiſtrationẽ,
quòd ſit beneficium ſimplex,& quòd illud ſibi
perſonaliter obuenerit : hoc eſt quòd tales fru-
ctus ſint ſibi conceſſi ratione ſtipendij:his enim
tribus concurrentibus poteſt teſtari ſecundum
eum.aliter autem non ex hoc inferens ad cano-
nicos ut non debeant poſſe teſtari niſi teſtaren-
tur de quot diſt.& quia cum illa dentur pro ſti-
pendio & labore perſonali, poſſunt & idem de
pecunijs quæſitis ex capellanijs eadem ratione:
ut ibi per eum latius.†Illud omnino tenendum 9
eſt etiam ſecundum prædictam gloſ. in dicto.c.
præſenti ut non poſſint donare de fructibus be-
neficiorum niſi moderate:donẽt & perſonis di-
gnis & benemeritis:non ergo indiſtinctè dona-
re poſſunt.Et in hoc poteſt dici eos differre à lai
cis qui poſſunt:quia non magnum aliquid, aut
multum aliquid,imo nec modicum niſi dignis
& cætera.Quod eſt notandum contra prælatos
nimis profuſè donantes, & expendentes & ſine
diſtinctione perſonarum,nec pro loco:cauſa:&
tempore ſic requirit perfecta liberalitas : iuxta
c.nõ ſatis. lxxxvj.diſtinctio. Non enim uidetur
quòd poſſint:imo peccent ut ibi,nõ ſolum quia
pauperibus ſubtrahunt quibus debẽtur.c. quo-
niam quicquid.xvj.q.j.unde aliter expendendo
dicuntur eis ſubtrahere, & per conſequens ra-
ptores pauperum,†ſed etiã qui à turpibus perſo 10
nis aliquando tribuunt quod non debent : nec
poſſunt.c.qui uenatoribus.lxxxvj.diſtinc.&.c.
donare.uel in illicitos uſus: puta donando me-

Universidad de Deusto Biblioteca



retricibus, expendẽdo in conuiuijs exceſſiuè ni-
mis, uel ueſtimentis, & ædificationibus ſuper-
fluis ex ambitione uel ſuperbia aut mundana
pompa. Quod non debent, cum ſacerdotibus
de altari, & cætera. §. j. xliiij. diſtin. tales enim ul
tra quòd peccant, & de peccato tenentur confi-
teri & orare: tenentur etiam ad reſtitutionem ſe
cundum Ray. & aliquos: de quo per Tho. ſecũ-
da. ij. q. clxxxv. ubi de epiſcopis: & per eundem
in quolibetis ſuis, ubi de alijs clericis. & per Pe
trum de palu. in. iiij. diſtin. xxiiij. ubi aliter ipſe
loquitur. Etiam de illis qui ſic malè recipiunt
an teneãtur ad reſtitutionem receptorum eſt du
11 bium: † nam idẽ Ray. tenet quòd ſic in fornica-
rijs, & huiuſmodi turpibus perſonis: niſi cum
id daretur cauſa eleemoſynæ in neceſſitate tali-
bus perſonis: & idem dicit de eo quod datur po
tentibus per fraudes & nimias importunitates;
tenentur enim ipſi reſtituere ſecũdum eum. Ipſe
autem dans ſi ob redimendã uexationem ſuam
dedit nõ tenetur. c. dilectus. de ſimo. el. j. Et fuit
tunc ſit fienda poſito quòd ſit fienda, dicendum
quòd illi qui dedit quando fit nõ turpiter dedit:
alias auctoritate ſuperioris conuertendũ eſt in
utilitatem eccleſiæ, uel pauperibus erogandũ.
arg. xvij. q. iiij. ſi quis in atrio. de quo per Tho.
ſecũda. ij, q. lxij. & in ſum. confeſ. lib. xx. q. xviij.
12 † Cauendũ etiam eſt econtra ab eiſdem benefi-
ciatis clericis ut ſicut non debent eſſe profuſi ni
mis in expendendo: ita nec tenẽtes nimis in reti
nendo: ex cupiditate. ſ. & auaricia. Non enim
ut inquit text. in. c. aurũ. xij. q. ij. Aurũ habet ec-
cleſia ut nõ ſeruet, ſed ut eroget, & ſubueniat in
neceſſitatibus: quid enĩ (ut ſequitur ibi) opus eſt
cuſtodiri, quod non adiuuat. & tex. in. c. ibi ſeq.
Gloria epiſcopi eſt pauperũ opibus prouidere.
Ignominia ſacerdotis eſt proprijs ſtudere diui-



tijs. Et ideo inter alia præcepta apoſtolicæ re-
gulę eſt, quòd non ordinentur cupidi: quia tales
a iuſto facilè deuiant: ut habetur primo ad Ti-
motheũ. iij. c. & habetur per Grati. xlvij. diſtin.
per totum. Vbi maximè inuehitur contra cleri 13
cos, † qui propter auaritiã mutuant ad uſuram:
& ſectantur illã: oſtendendo quomodo propter
hoc ſolum poſſunt deponi: & degradari. c. j. &
c. ſi quis. ea. diſtin. & tex. in. c. uirum. Virum ca-
tholicum & pręcipuè domini ſacerdotem ſicut
nullo errore implicari, ita nulla oportet cupidi
tate uiolari: dicente ſcriptura, poſt concupiſcen
tias tuas ne eas. & in. c. ibi ſequen. Bonorum au
ctori inhærere aliter non ualemus, niſi cupidita
tem à nobis (quæ omnium malorum radix eſt)
abſcindamus. Videatur etiam ibi text. notabi-
liſſimus & menti mandandus cõtra auaros om
nes in genere. in. c. ſicut hi. xlvij. diſtinc. qui eſt
text. originaliter Ambroſij ſuper euangelio Io-
annis, cuiuſdã diuitis fructus uberes ager attu-
lit: ubi de auaro inter cætera dicuntur hæc uer-
ba: quòd ſemper in huius mente de accumulan-
do cogitat ſemper aurum, ſemper argentum ui-
det, ſemper redditus computat: gratius aurũ in-
tuetur quàm ſolem: † quinimò ipſius oratio & 14
ſupplicatio ad deum aurum quærit. Et ibi quòd
non minus criminis eſt habẽti tollere, quàm cũ
poſſis & abundas indigẽtibus denegare. & in-
fra loquendo ad auaros. Eſurientium panis eſt
quem detines: nudorum ueſtimentum quod tu
recludis, miſerorum redemptio pecunia quam
recondis infirmorum ſolatia delitiæ quibus la-
ſciuis. Tantorum te igitur ſcias inuadere bo-
na, quantis poſſe præſtare. Et ibi gloſſa nota-
bilis in uerbo eſurientium, quòd diuites tenen-
tur ad ſubueniendũ pauperibus: & indigẽtibus
tempore neceſſitatis: & adeò tenẽtur ut ad hoc

Universidad de Deusto Biblioteca



poſſint compelli non directo iudicio:ſed denun
tiando illos eccleſiæ qui non dant:quo caſu ec-
cleſia debet cogere:& pro hoc alia bona glo.in
e.exigunt.j.q.vij.& quod habetur & nota.in.c.
ad apoſtolicam.de ſimo.&.xxij.q.v. Non uide
tur hoc tamen quod dicit illa glo.in.c.ſicut hij,
intelligēdum in caſu extremæ neceſſitatis: quo
caſu omnia debēt eſſe communia:ut eſt ibidem
text.cum gloſſ. in uerbo commune.& quo caſu
intelligēdum eſt illud quod ibi dicitur & ſupra
15 dixi:quod non minus eſt criminis & cętera:†&
in quo caſu licitū eſt furari.c.diſcipulos. de con
ſecra.diſtinc.v.&.c. ſi quis per neceſſitatem.de
fur.& ubiq; gloſſa licet ceſſante neceſſitate te-
neatur ad reſtitutionē ei à quo accepit,ſecundū
Abbatē ibi. & in quo caſu opera miſericordiæ
ſunt de pręcepto,& de neceſſitate ſalutis:ſic eñ
eſt intelligenda gloſ.in.c.j. prima diſtin. in uer.
16 inferre.dū dicit,†quòd quilibet tenetur ad ope-
ra miſericordiæ.Debet enim intelligi ſcilicet tē
pore neceſſitatis : & data facultate ſecundum
quod etiam exponit Ioan.de Fan.ibi alias om-
nes ferè trangreſſores eſſent.

## CAPVT LII.

## REQVISITVM IX.

1 ☞ *Clerici à negocijs ſecularibus an abſtinere debeant, & de quibus.*

2 *Negociatio quibus caſibus illicita clericis.*

3 *Clericus negociator diues & glorioſus tanquàm peſtis fugiendus.*

*Neceßitatis cauſa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur.*



*Negociatio quando conceſſa clericis, & quatenus, & qualis.* 4

*Monachis negociatio quando non interdicta.*

*Emptio, uenditio, conductio, locatio, & ſocietas clericis an & quando conceſſa.* 5

*Lucrum ex cupiditate clericis prohibitum.* 6

*Clericis in minoribus non interdicta negociatio.* 7

EXpedit inſuper & conueniens eſt:†ut cleri 1
ci qui deo militanter dicūtur ſeruire in cle
ricali ordine à negocijs ſecularibus ſe ab-
ſtineant: iuxta illud apoſtoli ad Corinthios.ij.
in principio nemo militās deo implicet ſe nego
cijs ſecularibus. Maximè uerò à certis à quibus
expreſſè prohibentur:de quibus in titu.ne cleri.
uel mona. ſecula. nego. ſe immi.per totum illū
titulū maximè in.c.j. &.lxxxviij.diſt. per totū,
&.xxiij.diſt.c.his igitur.Inter quę unū eſt nego
ciatio quæ cōſiſtit in emendo & uendēdo ſuper
lucrandi gra. † Negociatio enim licet de ſe lici- 2
ta ſit,ut notant docto.ibi ſuper rubrica : poteſt
tamen reddi illicita ex cauſis quinq;,uel ex ſola
cupiditate:& ſic ex auaricia quadā: uel ex tem-
pore:ut quia diebus etiam feſtiuis fieret : uel ex
loco:ut quia in loco inhoneſto & ſuſpecto : uel
aliàs inconueniēti,ut quia in eccleſia uel ex mo
do : quia cum mendacijs, deceptionibus & hu-
iuſmodi uel ex perſona : quia à clerico : uel reli-
gioſa perſona, ut in propoſito noſtro:quod eñ
huiuſmodi perſonis clericalibus, uel religioſis
ſit prohibita negociatio, patet ex.c. fornicari.
lxxxviij.diſtinc.ubi text.ad literam:& eſt text.
Augu. Fornicari hominibus ſemper non licet:
negociari uerò aliquando licet,aliquando non.
Ante enim quàm eccleſiaſticus quis ſit, licet ne
gotiari:facto,iam non licet.Ad idem text.ibi in

Universidad de Deusto
Biblioteca



3 c.negociatorem:ubi text. Hiero. †Negotiatorē clericum ex inope diuitem ex ignobili glorioſum factum tanquàm peſtem fugito. Ad hoc bonus tex.in.c.ſecundum inſtitu.ne cleri. uel mona. ubi prohibetur hoc eis ſub interminatione anathematis:ne ſcilicet lucri cauſa negocietur & tex.in.c.fina.de uita & honeſta. cleri.ubi habetur,quòd ſi ter moniti non deſiſtunt,perdunt priuilegium clericale. Quod tamen intelligendum,ut ibi per Ioan.de Imo. Non tamen prohibetur clericus neceſſitatis cauſa, ut acquirat ſibi uictum & neceſſaria ex aliquo honeſto artificio,ipſa neceſſaria ſibi acquirere: ut dicit tex. in dicto.c.j.in fi. adducendo exemplum de ſanctis Apoſtolis,quos legimus negociatos fuiſſe.
4 †Dummodo propter hoc non diſtrahatur à diuinis, & ab his quæ ſibi incumbunt ex officio: per id quod habetur.xcj.diſtin.per totum:maximè in.c.clericus uictum.& in.c.nunquàm.de cōſecra.diſtin.v. ubi hoc permittitur etiam monachis:& eſt pulcher text.Hinc eſt quòd non prohibetur clericus recipere poſſeſſiones excolendas ad.iiij.uel.v.partem:ſeu conducere eas pro certo precio conuenienti ad ſubſtentationē ſuā & ſuorum: argu.diſt.lxxxvj.c. ulti à contrario ſenſu illius dum hoc prohibetur ei ibi auaritiæ gratia: & ibi gloſ. hoc ſentiens in uerſic. auaritiæ cauſa:de quo dicendum ut in.d.c.ſecundum inſtituta ne cle.uel mona.& in.c.illico.de obliga.ad ratio.per Inno.& in.c.dilecti.de deci.ubi
5 gloſ. †quòd poſſunt conducere aliena:ubi propria ſibi non ſufficiunt.Poteſt etiam locare animalia,ut oues & boues ad certum fructum: dūmodo per contractum aliàs licitum.Poteſt etiā emere rem,ut eam melioratam carius uēdat:uel aliquam rudem materiā, & ex ea aliquid fabricare:& inde lucrari:ut dicit gloſſa.xiiij.q.iiij.in



ſum.in fin.non enim tunc quæritur ex negociatione,ſed ex artificio:ut dicit Anto.in.c.j. in primo notabili. Ad hoc quod nota.in ſum. confeſ.titulo.vij.q.xlj.& titu.viij.q.ij.ad fi.&.q.ſequen.& quod notat Abbas Sicul.in dicto.c.ſecundum inſtituta, ubi expreſſè hoc tenet quòd cauſa neceſſitatis : ita quòd non principaliter propter lucrum licitū eſt clericis negociari, &
lucrum exinde recipere. † Sine neceſſitate autē 6
ex ſola cupiditate ut efficiatur diues, tenet apertè quòd non poſſit lucrum licitum facere,etiam ex opera ſua : & allegat dictū.c. fornicari. &.c. negociatorem.&.d.c.j. Ita dicens intelligēdam gloſſ.præallegatam.xiiij.q.iiij.in ſumma. Et ibi pulchè per eum in ulti. colū. an hæc prohibitio comprehendat etiam clericos in minoribus ſolum:ubi tenet quòd non,ſi non ſint beneficiati:
†non enim prohibentur ipſi ſecūdum eum exer 7
cere negotiationem aliàs licitam & honeſtam, quam poſſunt ſeculares:& idem uult idem Abbas in.c.ſed nec.eo.tit. quod eſt bene notandū.

## CAPVT LIII.

☞ *Negociationis triplex ſpecies.* 1
*Negociatio ex artificio nunquid clericis permiſſa.* 2
*Artificium uile & ſordidum clericis interdictum, ſecus ſi uile tantum.*
*Negociatio emptionum & uenditionum cur periculoſa & quando clericis noxia.* 3
*Negociorum periculoſorum quinq; ſpecies.* 4
*Negociatio mixta.* 5
*Tabernam uinariam exercere clerici nunquid ualeant.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



SEd de iſta materia quæ negociatio ſit prohi-
bita clericis, & quæ permiſſa, uideatur ple-
nius per doct. quàm in aliquo alio loco ma-
ximè per Ioan. de Imola in. c. fina. de uita & ho-
neſta. cleri. ubi multum diffuſè ſcribit ſuper hoc
referendo dicta docto. maximè Specul. qui hoc
tangit in titulo de cleri. coniuga. uerſi. ſed quid
dices: ex cuius uerbis uidelicet do. Ioan. de Lig.
ibi. Sumo iſtam doctrinam circa hoc uidelicet
cum quæritur an negociatio ſit permiſſa cleri-
cis ſeu eccleſiaſticis perſonis, uel non, aut quæ.
1 Diſtinguendo † & præmittendo tres ſpecies ne-
gociationis: quædam enim eſt negociatio quæ
conſiſtit principaliter in artificio. Exemplum,
quando emitur materia putà charta: uel quid ſi-
mile ut ſupra ut reducatur ad formam: quia ad
librum: uel aliquid formale. Quædam quæ ſolũ
in negociando, & mercando: putà emendo, &
uendendo nõ mutata forma uel materia: & hæc
eſt propria negociatio: ut dicit do. Anto. in. d. c.
finali. Quædã mixta, quæ non conſiſtit princi-
paliter in emendo nec uendẽdo, nec etiam prin-
cipaliter in artificio, ſed dependet ex utroque.
Exemplum, cum emitur fundus: ut ex eo perci-
piendi ueniant fructus, & uendendi. Si quæri-
tur de prima an ſit permiſſa: dicendum quòd ſic
ut apertè uult do. Anto. ibi in dicto. c. fina. alle-
gando glo. prçallega. xiiij. q. iij. in ſum. & quod
2 habetur in dicto. c. nunquã. † fallit niſi eſſet ali-
quod artificium uile & ſordidum quod uellet
exercere: putà exercitium tabernarij, uel macel-
latoris, uel aptandi pelles ſeu coria, uel mango-
nizandi pro mercede: iſta enim ſunt prohibita
clericis. l. ij. C. de epiſco. & cleri. & d. l. munerũ.
§. fi. ff. de mune. & hono. Dixi autem uile: & ſor-
didum: quia ſecus ſi uile tãtum, tamen aliàs ho-
neſtum nec ſordidum. Exemplũ, ut ſi uellet ſcri-
bere



bere librum, uel facere retia: ſimilia enim poteſt
etiam clericus: imò etiã religioſus dicto. c. nun-
quam, dummodo ut ſupra dictum eſt: non ne-
gligatur diuinum officium. Si uerò quæritur
de ſecunda quæ conſiſtit in emendo, & uenden-
do forma uel materia non mutata: quæ ut dixi 3
† propriè eſt negociatio: & in iſta dicendum,
quòd licet ſit permiſſa ſecularibus, clericis ta-
men eſt prohibita: per dictum. c. fornicari, &. c.
negociatorem. lxxxviij. diſtinc. &. c. eijciens, &
c. quoniam non cognoui, eadem diſtinct. & pro
hoc ratio: quia talis negociatio ut plurimum fit
non ſine mendacijs, periurijs, & fraudibus. Et
ideo meritò connumeratur inter negocia pericu-
loſa, & quæ ſine peccato uix fieri poſſunt: de q-
bus per gloſ. in. c. qualis. xxv. diſtinc. & quæ di-
cũtur eſſe quinq;, uidelicet mercatio, militia,
procuratio, adminiſtratio, & cura rei familia-
tis. † Fallit in uno caſu: in quo poteſt dici hæc e- 4
tiam clericis permiſſa in caſu uidelicet neceſſi-
tatis pro ſubſtentatione ſua: & ſuorum: dummo
do honeſtè fiat ſine mendacio & periurijs prædi
ctis: & cũ moderato pretio: ad hoc dicto. c. quo-
niam non cognoui. Ita poteſt intelligi dictum
Specul. in loco præallegato ſecundum Ioan. de
Ligna. Si autem quæratur de tertia ſpecie ui-
delicet mixta: Exemplum, ut quia uelit clericus
emere poſſeſſiones, ut exinde fructus habeat &
& ex illis pecunias quærat: & tunc propter ta-
lem mixturam cum artificio licita poteſt dici ta
lis negociatio: etiã clerico ipſi: prout ſentit do.
Ant. in dicto. c. fina. & ſequitur Ioan. de Ligna.
arg. c. ſacris, de ſepul. Qui Ioan. de Ligna. dicit
inter alia ibi hoc † quòd licet clericus prohibea- 5
tur ipſe tabernam tenere & exercere, uel macel-
lum: poteſt tamen domum quam haberet habi-
lem ad hoc locare: & allegat ea quæ habentur

Universidad de Deusto
Biblioteca

& notantur in dicta.l.ij.C.de epiſco. & cleri.&
in.l.ancillarum.ff.de peti.hære. &.c.ſignifican-
te,de appel. Et nota hanc doctrinam que uidet
bona.Et hęc de mercatione quæ fit gratia lucri.

## CAPVT LIIII.

1 ☞*Clerici nunquid poſſint ſe curis & officijs ſeculari-*
*bus immiſcere.*
2 *Clerici poſſunt eſſe conſiliarij.*
*Iuriſdictio temporalis quando non prohibita clericis.*
3 *Aduocationis officium nunquid poſſit clericus exercere,*
*& quando,& pro quibus ualeat patrocinari & coram*
*quo.4.*
5 *Clericus quando poſſit eſſe procurator.*
6 *Clericorũ negociationes & uetitas artes exercẽtiũ pœnæ.*
7 *Clericus an teneatur ad ſoluendam gabellam, & de qui-*
*bus rebus.*
8 *Lucrum ex negociatione per clericum factum qualiter*
*reſtituendum.*
9 *Clericus an poſſit eſſe tabellio,& quando.*
10 *Notarius factus monachus an poſſit notariatũ exercere.*
11 *Clericus quam tutelam gerere ualeat.*

DE alijs autem officijs ſecularibus & exer
1 citijs:†ut eſt habere officium aliquod ſe-
culare in ciuitate: exercere officium pro-
curationis,aduocationis, aſſeſſoris & huiuſmo
di:de hoc etiam aliqualiter ibi,& in.c.j.&.c.ſa-
cerdotibus.c.ſed nec, &. c. clericis ne cleri. uel
mona.& in.c.penul.de ui.& hone.cleri.per quæ
iura uidetur dicendum quòd non.De quo uiden
dum omnino per Abba. in dicto.c. ſed nec, ubi
tenet expreſſè,quòd non poteſt eſſe uicerex, nec



locumtenens poteſtatis ſecularis, nec habere ci
uitatem ſub ſua cura, nec generaliter officium
aliquod ſeculare per quod habeat ius generali-
ter ſecularibus reddere. Licet ſecũdum eundem
ibi non prohibeatur eſſe participalis officialis
ad aliquod negocium. † Non etiam prohibetur 2
ſecundum eum in dicto. c. clericis eſſe conſilia-
rius:& eo caſu quòd ſic conſiliarius eſt, quomo
do debeat reſpondere ſi quæratur ab eo de pœ-
na imponenda : uidendum ibi per eundem & in
c.in literis.de exceſ. præla. per gloſ.etiam ibi &
per gloſ.in.c.peſſimam.xxiij.q.ulti.& in.c.om-
nis.iij.diſtin.& poteſt recurri etiam in hoc ad id
quod ſuprà dictum fuit in.xiiij. requiſi. imò nec
prohibetur iuriſdictio temporalis, quando illã
haberet ratione patrimonij:uel quia eſſet anne-
xa dignitati quam haberet : ut ibi nota. †Ad- 3
uocationis autem exercitium an poſſit habere:
de hoc in.c.clerici,&.c.cũ ſacerdotis, de poſtu.
ubi concluditur quòd non coram iudice ſecula-
ri ſi ſit in ſacris : uel etiam in minoribus, dum-
modo beneficiatus : talibus enim prohibita eſt
aduocatio coram ſeculari,niſi in propria cauſa,
uel pro eccleſia ſua propria, uel pro coniunctis
aut miſerabilibus perſonis:uidetur tamen quòd
pro uno aliquo particulari amico ſuo,licet non
ſit de prædictis,poſſit aliquando:& hoc per di-
ctum uotabile Innocen. quod ſemper allegatur
in.c.primo, de obliga. ad ratio. ubi quòd iura
prohibentia clericum eſſe procuratorem aduo-
catum,uel ſimile, debent intelligi quando gene
raliter uellet hæc officia exercere, ſecus ſi in una
cauſa uel negocio uno.†Coram eccleſiaſtico ue 4
rò uidetur quòd poſſit,ut notat Io. in.c.ij.ne cle
ri,uel mona. etiam pro ſecularibus perſonis per
tex.ad hoc bonum in. c. per uenerabilem qui fi-
lij ſint legiti. exceptis epiſcopis & etiam ſacer-

Universidad de Deusto
Biblioteca



dotibus:quibus uidetur interdictũ:niſi in cauſa
propria,& cætera ut ſuprà.Intelligendo ſemper
& in hoc caſu:& in prædictis dummodo nõ ne-
gligatur,aliàs impediatur propter hoc officium
diuinum. Et hoc quod dicit de aduocatione:
poteſt etiam dici de procuratione:de quo ſpecia
5 liter per Abb.in.c.j.ne cleri.uel mona.† ubi con
cludit ipſe quòd poſſit : quando ex charitate ad
hoc moueretur: ita quòd non principaliter pro-
pter lucrum uel pro ſe : aut aliquo amico parti-
culari uel attinente ſuo. De quibus tamen di-
cendum ut plenius nota. per Moder. in iuribus
6 præallegatis. De† pœna autem clericorum exer
centium negociationes,artes & exercitia prohi
bita in caſibus quibus dixi prohibita recurren-
dum ſimiliter ad notata per Hoſti.in ſum.ne cle
ri.uel mona.§.ſi.& in dicto.c.ſi.de uita & hone.
cleri.ubi concluditur, quòd ex hoc ipſo perdit
etiam priuilegium clericale quo ad illam nego-
ciationem uel exercitium illud:& etiam quo ad
proprium patrimonium, ſi ter moniti non deſi-
ſtãt:& hoc ſi eſt talis qui portet habitũ: & ton-
ſuram:ſi enim non portet, perdit omne priuile-
7 gium totaliter:† imò portet habitum uel non
portet : abſq; alia monitione tenetur ad ſoluen-
dam gabellam de his quæ reperiretur portare:
præter quàm pro ſuo & ſuorum uſu : ſicut ſecu-
laria alius: ut nota.in dicto. c. ſi. & probatur in
c.quanquam,de cenſibus,lib.vj.& nota. in cle-
men.præſenti,eo.titu. per modernos ibi. Poteſt
etiam præcipi à ſuperiore eis, ne exerceant ſub
pœna excommunicationis : ut habetur & nota.
in dicto.c.Sed nec &.c.clericis,ne cleri. uel mo-
na.& ſi ſe nõ correxerint, poſſunt excommuni-
8 cari, & ſubſequenter deponi ut ibi:† & ex hac
pœna cum ſit maxima, deprehenditur quòd hu-
iuſmodi exercitia prohibita eis exercendo pec-



cant mortaliter : & in foro pœnitentiali debet
iniungi uel ſaltem conſuli: ut ea quæ contra for
mam prædictam lucrati ſunt,ſtudeant pauperi-
bus erogare.xiiij.q.v.qui habetis. Ita dicit Ar-
chiepi.Florent.in ſum.ſua,in.iij.parte,titu.viij.
c.ij.in fi. De tabellionatu autem an cenſeatur
permiſſus clericis:de hoc latè per Hoſti.eo.titu.
ne cler.uel mona.§.quę ſunt permiſſa,uerbo cle
ricis etiam in ſacris,ubi latè de hoc.De hoc etiã
in dicto.c.ſed nec,eo.tit. & in.c.quia præter, de
elec.& de quo etiã in ſum. Pyſa.in uerbo tabel-
lio ubi ponitur cõcluſio,†quòd ſi ſunt in ſacris, 9
prohibitum eſt eis totaliter hoc officium tabel-
lionatus:& idem ſi in minoribus tantum,dum-
modo ſufficienter.c.clerici,de poſtu. adeò quòd
poterunt compelli per ſubſtractionem benefi-
ciorum dimittere illud apoſtolicè poſtpoſito,
dicto.c.ſicut.Inſtrumenta autem quæ confeciſ-
ſent antequàm interdiceretur, ualerent ſecundũ
Innoc.poſt interdictionem autem non ſecundũ
Hoſtien.in ſecularibus negocijs confecta:ſed in
eccleſiaſticis ſic:ſecundum eum ubi ſupra. †Et 10
de notario facto monacho an poſſit ipſe aliquo
modo,de hoc per Ioan.in.c. ut officium, de hæ-
re.lib.vj.ubi probatur quòd non niſi contra hæ
reticos. Gubernatores uerò aliarum perſona-
rum,putà tutores & curatores, uel factores : an
poſſint exiſtere:de hoc per glo.in.c.fina.lxxxvj.
diſtin.ubi glo.de tutela, quòd poſſunt illam ſu-
ſcipere ſi uolunt : ſi eſt tutela legitima ſibi dela-
ta à lege : † datiuam autem uel teſtamentariam 11
non poſſunt niſi miſerabilium perſonarum : de
quo per ſcribentes in.c.ſacerdotibus,eo.titu.ne
cleri.uel mona.& generaliter de materia iſta an
liceat clericis ſecularia negocia tractare: per
beatum Tho.ſecunda ſecundæ,quęſt.clxxxvij.
articu.iij.

Universidad de Deusto Biblioteca



## CAPVT LV.

## REQVISITVM X.

1 *Voluptates huius ſeculi alienæ debent eſſe à clericis.*
2 *Venatio nunquid interdicta clericis, & quæ & quando.*
*Piſcatorum nonnulli ſancti, ex uenatoribus nullus.*
3 *Venatio eſt quadruplex.*
4 *Venatio etiam laicis quando damnabilis.*
5 *Venatio recreationis cauſa licita.*

DEbent inſuper & tenentur clerici non ſo-
lum abſtinere à negocijs ſecularibus, il-
lis ſcilicet maximè de quibus ſupra: †ſed
1 etiam à uoluptatibus uanis huius ſeculi: ut de
hoc eſt tex. clarus: totus moralis: & menti man-
dandus, in. c. his igitur. xxxij. diſt. & eſt Iſidori
de ui. cleri. ubi ſic habetur ad literam. His igitur
lege patrum cauetur, ut à uulgari uita ſecluſi, à
mundi uoluptatibus ſe abſtineant. Non ſpecta-
culis. Non pompis interſint. Conuiuia publica
fugiant. Priuata non tantum pudica: ſed etiam
ſobria colant. Amorem pecuniæ quaſi materiã
cunctorum criminum fugiãt. Honoris gradum
per ambitionem non recipiãt. Et multa alia po-
nuntur ibi in illo canone: quæ uideri poſſunt in
eo, à quibus oſtenditur clericos debere abſtine-
re. Maximè uerò abſtinere debent à certis ali-
2 quibus: † quorum unum eſt uenatio: prohiben-
tur enim clericis conſtitutis in ſacris uenatio-
nes: ut habetur de cleri. uena. per totum: & in. c.
primo, ne cleri. uel mona. & . lxxxvj. diſtin. c. qui
uenatorem ubi textus ille appellat artem illam
nequiſſimam, & in. c. ſequẽti qui uenationibus,
& ibi, an ſit peccatum, & in. c. uident homines,
quòd qui uidet neuatorem ad delectandum, ui-



debit ſaluatorem & contriſtabitur. & in. c. Eſau
quòd de piſcatoribus reperiuntur aliqui fuiſſe
ſancti, de uenatoribus nullus: maximè autem ui
deri poteſt de materia iſta in. c. primo, de clericis
percuſſo. ubi gloſſ. † diſtinguit quadruplicem 3
ſpeciem uenationis: oppreſſiuam, adulatoriam,
arenariam, & pſaltuoſam. Primas tres dicit
prohibitas: quartam uerò uidelicet, pſaltuoſam
dicit permiſſam ſecularibus. Adde tu niſi ratio-
ne tẽporis: ut qa fieret in diebus feſtiuis tempo-
re quo ad miſſam iri debet. lxxxvj. diſt. c. an pu-
tatis: clericis autem non permittur ſaltem indi-
ſtincte: quia non illa quæ cum clamore etiam ſi
cauſa recreationis: illa enim quæ quiete & ſine
clamore fit uidetur etiam ipſis non prohibita
cauſa neceſſitatis, uel cauſa ſanitatis, aut recrea
tionis. Exceptis epiſcopis, presbyteris & diaco
nibus: qui uidentur prohibiti ab ea indiſtinctè
ſecundum glo. illam. Abbas tamen Sicul. aliter
ibi tenet: nam quo ad laicos tenet ipſe, † quòd e- 4
tiam poſſit eſſe damnabilis in eis, quãdo nimis
ei dediti eſſent. Circa clericos uerò diſtinguit, ꝙ
aut ſunt in ſacris, & non poſſunt uti clamoſa: li-
cet alia ſit niſi haberent redditus in uenatione:
prout eſt in aliquibus locis. Si tamen & ipſi ali-
quando cauſa recreationis uterentur: non putat
quòd multum peccarent per tex. illum in uerbo
ſepius: imò uidetur quòd etiam epiſcopo ex tali
cauſa ſcilicet recreationis ſit licitum ſecundum
Archi. in dicto. c. qui uenatoribus & idẽ Hoſti.
ibi qui hoc tenet: quicquid in cõtrarium glo. in
dicto. c. j. per illum tex. Ad quem poteſt reſpõde
ri, ꝙ ſic eſt reſtringendus, uidelicet † niſi cauſa re 5
creationis: aliàs neceſſe eſſet dicere, ꝙ presbyte-
ris, aut diaconibus liceret etiã ex tali cauſa cum
de omnibus pariter loquaẽ. Nonobſtãte text. in
c. j. xxxiiij. diſ. quia ille ep̃s fuit damnatus ꝓpter

Universidad de Deusto Biblioteca

alias culpas etiam, uidelicet quia incontinens & negligens. Aut non ſunt in ſacris: & in hoc ſunt opiniones Hoſti. & Io. ꝙ idem etiam in eis do. Ant. contra. do. Abbas cõcordat, ꝙ aut portant tonſuram & habitũ: & idem in eis ar. cle. ij. de uita & hone. cle. aut non, & tunc ſecus.

## CAPVT LVI.

1 *☞ Aucupatio nunquid conceſſa clericis, Et quid de piſcatione.*

2 *Venatio monachis omnimode prohibita.*

*Canes quos liceat clericis alere in domo.*

3 *Aues rapaces uenationis gratia tenere an licitum eccleſiaſticis.*

4 *Conſuetudo uenandi ſaltem quo ad clericos an bona.*

1 EST autem dare aliam etiam ſpeciem uenationis, † uidelicet illam quæ fit cum rete aucupando, uel piſcando: & iſta dicitur licita etiam clericis, dummodo non frequentent nimis. Quare autẽ magis iſta inter alias rationes illa redditur: quia ſcilicet uenatio pſaltuoſa fit cum maiori abſtractione & delectatione ꝗ̃ iſta quia quando quis eſt in uenatione, non poteſt aliquid de diuinis cogitare: nõ ſic piſcando, uel aucupando cum rete. Et hic addenda ea quæ habentur & notan. in cle. ne in agro. §. porrò à ue-
2 nationibus, de ſta. mona. † ubi prohibetur monachis expreſſè uenatio, & ne eis interſint, & prohibetur eis indiſtinctè etiã recreationis gratia: imò etiam ſi haberent redditus in uenatione: quia debent facere per alios, & non per ſe ſecundum doc. cõmuniter: & hac cauſa prohibet eis tenere canes uenaticos per ſe: uel per alios.



Non tamen ut dicit. ibi glo. in uerſi. uenãti prohibiti cenſentur canes deputati ad cuſtodiam: ſicut nec brachetos cauſa recreationis: cui concordat Ange. in. l. uſuſfructuarium uenari. ff. de
uſufructi. Vtrum † autem aucuperi cum aui- 3
bus accipitre, falcone, uel ſimilibus liceat clericis. docto. non aperiunt ibi in dicto. c. ij. ſed ſatis uidetur ille tex. probare quòd non in conſtitutis in ſacris: dum prohibet ille text. eos tenere accipitres, per quos aucupatio ipſa fit. arg. l. oratio. ff. de ſponſa. quod dictum tenendo an poſſit ſimiliter limitari, niſi tenerentur ad finem aucupandi ſolum recreationis gratia: ut ſupra dicitur de uenatione cogitãdum eſſet. Eſt inſuper
etiam cogitandum † an conſuetudo quæ eſſet in 4
contrarium in loco: quia communiter tenerentur & communiter uterentur ibi clerici uenatione: & aucupio excuſaret eos: Hoſtienſis enim uidetur ibi in. d. c. ij. ſentire quòd non: quaſi nutritiua peccati. ar. d. c. Eſau, & quia prǫiudicialia eccleſiæ: ergo & cætera. c. fina. de conſue. cũ ibi notatis: de quo ut ibi in dicto. c. ij.

## CAPVT LVII.

*☞ Captum in alieno, prohibente domino ingreſſum, an fiat capientis.* 1

*Capiens in alieno qua teneatur actione.* 2

*Captum in aucupio aut uenatione ad quem ſpectet.*

*Reſtitutio nunquid locum habeat in captis uenatione prohibita.* 3

*Domini terrarum uenationem prohibentes taxantur.* 4

*Furtum quando committat, qui contra prohibitionem uenatur.* 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

ET quia incidimus in mentionem uenatio-
1 nis,& aucupij:†nunquid illud quod capi-
tur in alieno prohibente domino ne ingre-
diatur fiat capiẽtis:& ſi fiat, an debeat reſtitui:
& ſi non debet reſtitui, an poſſit auferri ab eo.
de hoc per gloſ.in.l.diuus.ff.de ſer.ruſti. prędio.
& in.l.iij.§.planè per gloſ.ff.de acqui. re. domi.
& plenius per Ioan.de An.in dicto.c.ij.de cleri.
uena. ſecundum quem concluſio eſt quòd illud
quod quis capit etiam in alieno, facit ſuum,nec
tenetur reſtituere, licet ex eo actu quòd eo inui-
to ingreſſus ſit,poſſit conueniri actione iniuria-
2 rum. †Iſtud uoluit gloſ.in dicto.§.planè.licet
glo.inſti.de rerum diui.§.feræ, allegetur ad hoc
in contrarium:ſed Bart.in.d.l.diuus dicit illam
teneri:quia ſolum eſt prohibitus ingreſſus, non
autem captura. Et ibi Ange.hoc etiam firmat:
& dicit obtinuiſſe in ardua quęſtione facti.Pro
concordia tamen putat do. meus do. Florianus
in dicta.l. diuus diſtingui poſſe, an fructus fun-
di illius in quo me inuito ingreſſus eſt,conſiſtãt
in uenatione:& procedat illa gloſ.contraria:an
non, & tunc puta quam differentiã dicit proba
ri ex.l.uenationem.ff.de uſuf.&.l. item ſi fundi.
§.aucupationem.ff.de uſufruc.ubi text.notabi-
lis probãs quòd illud quod capitur ex uenatio-
ne uel aucupatione ſpectat ad uſufructuarium.
Et unum poſtremò non omitto notandũ mul
3 tum ad hoc propoſitum uenationis†quòd adeò
illud quod capitur ex uenatione permittitur ut
fiat capientis.d.§.feræ.inſtit.de re.diui. cũ ſimi.
ut etiam ſi fieret prohibitio, & proclamata fie-
rent in contrarium: nihilominus fiat ſuum, nec
teneatur ad reſtitutionem qui ceperit. Ita dicit
do.Anto.in.c.non eſt in poteſtate.de deci. dum
inuehit ibi contra dominos terrarũ,qui faciunt
ſtatuta & proclamata, quòd nullus poſſit uena



ri uel piſcari:†non enim poſſunt hoc prohibere: 4
quod naturali iure conceditur omnibus:& ma-
lè faciunt prohibendo ſecũdum eum: nec ibi ue-
nantes contra prohibitionem committunt fur-
tum. Caueant tamen tales, ne pœnam incur-
rant de facto,ſicut dicit ipſe: & ſicut cõtigit ple
riſque in comitatu Ferrarienſi, in quo eſt talis
prohibitio, & quàm mala & quàm dãnoſa fuit
multis tempore meo. †Hoc tamen ut non cõ- 5
mittant furtum,nec male faciant capientes con
tra prohibitionem capiendo limitarem uerum
niſi illa prohibitio fuiſſet facta de conſenſu eo-
rum quorum intereſſet: ut quia populus totus
conſenſiſſet,uel illi qui potuerunt obligare po-
pulum. Tunc enim tanquàm tranſgreſſor pu-
niri poſſet ille qui caperet.arg.inſti.de rerum di
uiſio.§. feræ. igitur & quod habetur.ff. ne quid
in loco publico per totum. Ita aliàs legendo il-
lud.c.limitabam dictum illud do.Anto.

## CAPVT LVIII.

## REQVISITVM XI.

*Clerici ab omni ſpecie mali debent abſtinere.* 1
*Honeſtatem pre cæteris clerici habere debẽt in quatuor.* 2
*Mentis qualitas per exteriora dignoſcitur.*
*Victus in clerico qualis.* 3
*Cibaria clericorum.*
*Epulones doleant aliter ſe ſuſtentare non poſſe.* 4
*Cibo precioſiſſimo ſine uitio utitur ſapiens.* 5
*Iuſtitia in quibus conſiſtat.*
*Abſtinere in cibis qualiter debeant clerici.* 6
*Nabuzardam principis coquorum allegoria.* 7

Universidad de Deusto Biblioteca



*8 Venter craſſius groſſum ſenſum educat.*
*Auguſtini uerſus in cœnaculo deſcripti.*
*9 Scripturæ diuinæ cur in cœnis eccleſiaſticorum legan-*
*tur, aut legi debeant.*

DEbent deniq; ſacerdotes dei non ſolum
abſtinere à prędictis ſibi illicitis & mini
1 mè cōueniētibus exercitijs : ut ſupra † ſed
generaliter ab omni quocunq; malo: imò nō ſo
lum à malo: ſed ab omni eo quod ſpeciē mali ui
deatur habere, iuxta Apoſtoli præceptum : &
quod habetur in.c.cum non ſolum à malo.de ui
ta & hone.cleri. & merito quidem attenta ordi
nis ſui & ſtatus ſui dignitate, excellētia ac per-
fectione: quæ tanta eſt, ut meritò hæc requiran-
tur in eorum perſona : ut enim inquit Leo papa
& habetur in.c.omnium.xxxij.diſtinc. Omniū
ſacerdotum tam excellens eſt ſtatus, ut quæ in
alijs membris uacant à culpa, in illis tamen ha-
beantur illicita. Nimirum ergo ſi deberent ipſi
honeſtatem quandam maiorem quàm alij in ſe
habere: ac præ ſe ferre in omnibus actibus ac ge
ſtibus ſuis, tā interioribus: quàm exterioribus.
2 Maximè uerò eniti debent † ut illam habeant &
oſtendāt in quatuor actibus exterioribus in ha
bitu, in inceſſu, in cibo, & potu. In habitu, ut in-
cedat in habitu conuenienti ordini clericali: &
qui ſit ipſe habitus conueniens clericis: dictum
fuit ſupra in primo requiſito huius ſecundæ par
tis principalis huius ſecundi libri ubi etiam de
tonſura. In inceſſu quoq;, ut grauitate itineris
mentis maturitatem oſtēdat : incompoſitio enī
corporis qualitatem indicat mentis. Vt inquit
Auguſti. & refert Grati. in.§. ultimo.xlj. diſtin.
adducēdo Saluſtium in Catilinario cum uellet
Cathilinæ mutabilitatem deſcribere, dum in-



quit ibi, cuius conſcientia excitata curis uaſta-
bat mentem: & inceſſus eius modo citus modo
tardus. † In cibo etiam ut non delicatè nimis ac 3
ſumptuoſè delectetur uictum ducere: non etiam
nimis ſtrictè & auſterè: ſed imprimis nitatur cō
formem ſe reddere moribus ac conſuetudini eo-
rum, quibuscum uitā ducit : ut pulchrè inſtruit
Grati.xlj.diſtin.per totum: maximè in.c.j. &.§.
fina.ubi inter alia habētur hæc uerba. Quiſquis
contemptis his quibuscum uiuit lautiora ſibi
uel auſteriora quærit alimenta, aut intemperās
eſt, aut ſuperſtitioſus: & ibi glo.j.arg. quòd qui-
libet conformare ſe debet cum socijs ſuis in ci-
bo & potu: & allegat.c.quæ contra.viij. diſtin.
&.c.illa.xij.diſt.ubi etiam gloſ.de hoc. Non ta-
men ut cogantur illi qui diuites ſunt & delicati
pauperum cibis frui: ſed utantur tales conſuetu
dine infirmitatis ſuæ, † doleant autem aliter ſe 4
ſubſtentare non poſſe. Seruent autem hoc,
ut ſi utuntur ſuperfluis iſtiuſmodi diuites, dent
econtra pauperibus : & inopibus neceſſaria : ſi
pretioſis utuntur, dent ipſi diuites pauperibus
uilia. Ita eſt text.in.c.non cogantur.xlj. diſtinc.
Ad idem tex.ibidem notabilis in.c.delitiæ. ubi
tex. delitiæ quælibet ſi abſq; deſiderio percipiā
tur, non officiunt: ut enim dicitur in.c. ibi prçce
denti. In omnibus rebus non earum uſus, ſed li-
bido in culpa eſt : & ideo non ex earum natura
quibus utimur, ſed ex modo utēdi, & modo ap-
petendi : uel probandus eſt : uel improbandus
quod facimus: † fieri enim poteſt, ut ſine aliquo 5
uitio cupiditatis aut uoracitatis pretioſiſſimo
cibo utatur ſapiens, inſipiens autem fœdiſſimè
gulæ flamma in uiliſſimum etiam cibum exar-
deſcat. ita habetur ad literam in.c.j.ea.diſtin. &
eſt Auguſti. ſancti in libro de uita chriſtiana.
Ad idem text.in.c.quod dicit dominus.ea.diſt.

Universidad de Deusto Biblioteca

ubi ad literam. Non enim intereſt quid alimẽ-
torum ſumas: dummodo cõgruas in generibus
alimentorum his cum quibus uiuẽdum tibi eſt.
Non etiam quãtum ſumas multum intereſt: cũ
uideamus aliquorũ ſtomachos maiori cibo in-
digere: aliorum uerò minori. Non enim in ab-
ſtinendo, nec in manducando conſiſtit iuſtitia:
ſed in ęquanimitate tolerãdi inopiam, ubi opus
eſt: nec econtra corrumpendi ſe per abundantiã
ubi ipſa abũdãtia habetur, ut ſciat quis & abũ-
dare, & carere: iuxta illud Apoſtoli: Scio & ha-
bere, ſcio & abundare: ubiq; & in omnibus im-
butus ſum: & ſatiari, & eſurire, & abũdare: om-
nia poſſum in eo qui me confortat. Ita habetur
in .d.c. quod dicit dominus & ſunt uerba Augu
ſti. in lib. quæſtionum euangeliĳ. De qua mate-
6 ria † qualiter ſcilicet abſtinere ſe debent clerici
in cibis eorum, recurrendum ad nota. per Grati.
xliiĳ. diſtin. per totum: ubi admonentur euitare
cõmeſſationes, & nimiam comeſtionem: iuxta
illud Apoſtoli: non in comeſſationibus, non in
ebrietatibus, & cætera. Ventris enim inglu-
uies ad luxuriam prouocat. & omne opus bo-
num diſſoluit. unde uẽter & genitalia ſibi ſunt
conuicina: ut ex uicinitate membrorum colla-
tio intelligatur uiciorum. Ita habetur ibi in. §.
7 j. ubi exemplum ſubditur de † Nabuzardã prin-
cipe coquorum: qui muros Hieruſalem deſtru-
xiſſe fertur: quia uenter cui multitudo coquorũ
deſeruit: ædificia uirtutum ad ſolum redigit. Et
quia ſacerdoti de altari quidem permittitur ut
uiuat, non autẽ ut luxurietur. Vnde Hiero. Tibi
ò ſacerdos de altari uiuere non luxuriari permit
8 titur. Et quia etiam † uenter pinguis (teſte eo-
dem Hieronymo) groſſum ſenſum generat. Cũ
tamen ſacerdotalis ſenſus uigil ſemper debeat
eſſe & tenuis: ut in. §. ſi ergo. ea. diſt. Et ideo ad-



monentur ibi, ut euitent conuiuia: niſi quæ fie-
rent ex charitate: in quibus ſeruẽtur illi duo uer
ſus Auguſtini, quos tenebat publicè deſcriptos
in cenaculo.

*Si quis amat dictis abſentum rodere uitam,*
*Hanc menſam indignam nouerit eſſe ſibi.*

Et ideo ad hoc pręcauendũ inductum eſt: † ut in 9
conuiuiĳs eccleſiaſticorũ legãtur continuè: (dũ
ſunt in actu comedendi) diuinæ ſcripturæ. Per
hoc enim animæ ædificantur ad bonum, & fa-
bulæ non neceſſariæ prohibentur. Ita mãdatur
in. c. pro reuerentia. ea. diſt. Debent etiam ut ibi
ſubditur in. c. non liceat quod ibi ſequitur, non
niſi hymno dicto incipere comeſtionem: & ea
finita gratias auctori referre.

## CAPVT LIX.

☞ *Clericus an in totum debeat eſſe abſtemius.* 1
*Ebrietas, crapula et uinolẽtia ꝑnitioſiſſima ſunt clericis.* 2
*Ebriorum clericorum pœna.*
*Tabernas frequentare eccleſiaſticis interdictum.* 3
*Ebrietas an ſemper ſit mortale peccatum.*
*Bibere in prandio quot uices debeant clerici.* 4
*Bibere fortiter cur permiſſum in æſtate.* 5
*Abſtinens dicitur etiam ille qui bene comedit.* 6
*Ebrietatis incommoda.* 7

Debet quoq; eſſe ſobrius non ſolũ in cibo
ut ſupra: ſed etiã in potu. † Nõ ẽm uino- 1
lentus debet eſſe: ſed abſtinens à uino ut
dicitur in. §. j. xxxv. diſtinctio. ubi text. ad lite-
ram quòd miniſtri templi prohibentur uinum
bibere, ne ebrietate grauentur corda eorum: ut
ſenſus eorum uigeat ſemper & tenuis ſit: &
quia uenter mero exeſtuans facile deſpumat in

Universidad de Deusto Biblioteca

libidinem.Ita dicit ibi Grati. quod comproba=
re nititur per plura capitula ibi ſequentia: maxi
2 mè per.c.fin. ubi textus formalis.† Ante omnia
à clericis uitetur ebrietas, quæ omnium uitiorũ
fomes eſt & nutrix. Et ibi qua pœna punieba=
tur olim clericus uinolentus: de qua hodie habe
tur in.c.à crapula.de uita & honeſta. cleric. ubi
quòd ex hoc poteſt ab officio & beneficio ſu=
ſpendi, ſi monitus non ſe corrigat. Et ibi etiam
in.c.non oportet.ea.diſtin.fit prohibitio ne cle
ricus aliquis quicunque tabernas intrat niſi
neceſſitatis cauſa: aliàs ſi monitus nõ deſiſtat,
3 deponatur. † Quod eſt notandum contra cle=
ricos delectantes bibere in tabernis, ut ex hoc
poſſint deponi ſi moniti non deſiſtant. Et de
ebrietate an & quando ſit peccatum mortale:
notatur per docto.in dicto.c.à crapula. de ui.&
honeſta.cleric. Non enim ſemper eſt peccatum
mortale ſecundum gloſ.in.§.hinc etiam.xxv.di
ſtinc. Et ibi an & quando ebrietas ſit mortale
peccatum: non enim uidetur quòd ſit mortale
ſemper: ut eſt glo.in.§.hinc etiam.xxij. diſtin.in
uerb.clericus.Sed tũc mortale dici poteſt, quan
do aſſidua nimis & etiam ſtudioſa: uel ſi ex con
tẽptu: uel ex ingurgitatione proceſſerit: ut uult
gloſ.in dicto.§. hinc etiam.in uerbo accipit. &
notatur per Ioan.de Imo.& ſcribentes in.d.c. à
4 crapula. Et ibi Abbas,† qui monet quotiẽs de=
beant clerici bibere in prandio: non enim debẽt
niſi ter ſecundum eum: qui allegat ad hoc text.
in.c. quando.xliiij.diſt. quod tamen dicit ſe in=
telligere: niſi appetitus ultra exigeret: & hic ad
do gloſ.in.c. his igitur.xxiiij. diſtinc. quæ dicit,
quòd quotidie clerici eſurire debent & eſſe cum
uentre uacuo: & allegat.c.ſint tibi.de conſecra.
diſtin.v.Quod dictum ego non teneo: imò uolo
quòd poſſint & bene comedere, & bene bibere,
maximè



maximè pro tempore & perſona. Pro tempore,
ut quia ſit tempus æſtatis:† quo tẽpore permit= 5
titur fortiter bibere, ne anima habitet in ſicco.
Pro perſona, ut quia ſunt Angli, Normani, uel
Poloni: uel ſimiles: ad hoc glo.una ſingularis in
c.Moyſes.xxxij.q.ij.in glo.in in uer.ſicco, dũ di
cit argumentum pro Polonis, & Normanis: ut
poſſint fortiter bibere, ne anima habitet in ſic=
co: & pro hoc etiam ratio, quia non minus poſ=
ſunt dici abſtinentes illi qui bene comedunt &
bene bibunt.† Cum abſtinẽs dicatur etiam ille, 6
qui bene comedit tex.eſt cum glo.in.c.cõuiuia.
xliiij.diſt.Sicut continens dicit qui bene cogno
ſcit uxorem ſuam: ut dicit ibi glo.& tex. notabi
lis, in.c.Nicena.xxxij.di. Et generaliter de ebrie
tate quot malos effectus generat & ꝓducat, ad
deteſtationem eius ut euitetur: uidendũ per do=
cto.in.d.c.à crapula, ubi ponit Pe.de An. quan=
dam autoritatem Auguſt.ſic dicẽtis.† Ebrietas 7
aufert memoriam: diſſipat ſenſum: confundit in
tellectum: balbutit linguam: corrumpit ſangui
nem: & omnia membra debilitans facit corpus
contremiſcere.Et ibi Hoſtien.dans uerſum.
*Vina bibas parcè, docet hoc non Loth patriarcha.*

## CAPVT LX.

### REQVISITVM XII.

*☞ Clericorum prudentia circa loquelam.* 1
*Oculorum impudicitia.* 2
*Honeſtatem per omnia corporis membra quomodo ſer= uare debeant clerici.* 3
*Corona raſa in uertice clericorũ à quo tẽpore inſtituta.* 4

IN uerbis † etiam ac ſilẽtio debet eſſe cautus, 1
& prudens: ut nec tacenda proferat: nec pro=
ferẽda reticeſcat. Nam ſicut incauta locutio

Universidad de Deusto
Biblioteca



in errorem plærunq; trahit hominem. Ita indi-
ſcretum etiam plærunque ſilentium: debet er-
go ubi expedit loqui, & rurſus ubi expedit tace
re: & tunc cum ſe ad loquendum præparat: cum
quanta diſcretione ac cautelæ ſtudio loquatur
attẽdere: & alia præcepta circa hoc ſeruare: quæ
pulchre tradit tex. in. c. ſit rector. xliij. diſ. qui eſt
Grego. in. xv. paſtoral. ſui. In aſpectu quoq; ocu
lorũ iubetur eſſe modeſtus: ut enim inquit tex.
in. c. ſedulo. xxxij. diſ. qui eſt Auguſtiñ. in lib. de
fide Chriſtia. Non ſolũ tactu, & affectu, ſed aſpe
2 ctu † quoq; appetitur fœminarum concupiſcen-
tia. Nec dicatis uos habere animos pudicos: qui
oculos habetis impudicos: quia impudicus ocu
lus, impudici cordis eſt nuncius. Ad idem. c. qui
uiderit mulierem. ea. cauſa & quæſt. Et ut breui
ter concludatur debent clerici boni in omnibus
corporis ſenſibus, qui ſunt quinq;, unde uerſus.
*Viſus, & auditus, guſtus, tactusq; odoratus.*

In omni membro corporis ſui, in omni deniq;
ſigno, geſtu actuq; ſuo: quandam honeſtatem:
puritatemq; præ ſe ferre: ut ſingulariter oſtendit
Specu. in ſuo aureo repertorio ſub rubrica de ui.
& ho. cle. ubi probat per canones ad hoc expreſ
3 ſos † quòd in omnibus ſui corporis membris à
uertice capitis uſq; ad plantam pedis debent ho
neſtatem oſtendere. In uertice quidem capitis
portando clericam: in capillis capitis portando
tonſuram: hoc eſt eos tonſos in modum coronæ
ut ſupra, in. j. requiſi. In oculis, ut non uagi ocu-
lis: in ore, ut non effreni lingua: & ſic deinceps
diſcurrendo per omnia membra uſque ad pedis
plantam: ut ſic bene ſancteq; uiuendo, & exem-
plum de ſe alijs præbendo, boni meritò appella
ri poſſint reges: id eſt ſe & alios in uirtutibus re-
gentes: & ſic in deo regnum habere: quod deſi-
4 gnat corona in capite eorum: † quam ab inſtitu-



tione Romanæ eccleſiæ inſtitutum eſt, ut por-
tent in ſignum regni illius futuri: quòd in Chri-
ſto expectãt: ut dicit tex. ille notabilis in. c. duo
ſunt genera. xij. q. j. qui eſt tex. Hiero. ad quendã
ſuum. Atque etiam ut ſic uiuendo mereantur in
hac temporali uita habere ac retinere priuilegia
omnia clericalia: omnesq; immunitates eccle-
ſiaſticas. Quæ priuilegia & quas immunitates
mens eſſet enumerare, ut eo magis incẽderentur
ad hæc. Sed quia in logum nimis excreſceret tra
ctatus: idcirco facio hic finem: & omiſſa reſeruo
in alio opuſculo, quod intendo poſt iſtud face-
re: intitulandũ de priuilegijs: & immunitatibus
clericorum, & quot ac quibus amittant modis.

## EPILOGVS.

Hæc igitur pauca attigiſſe ſufficiat pro expe-
ditione & complemento præſentis huius aſſum
pti tractatus intitulati ut ſupra, De uero & per-
fecto clerico quæ & quot concurrere oporteat
in eo. In quo ſi quid boni dictum aut annotatũ
eſt, ex quo utilitas præſentibus & poſteris ali-
qua proueniat: illud diuinæ gratiæ attribuendũ
totum: à qua & ex qua omnis ſcientia, & ſuffi-
cientia humana. Si quid uerò minus perfectè ta-
ctum reperietur: quod non dubito reperiendum
eſſe inter tot tamq; uaria & tam multa ſimul ac
cumulata dicta. Illud non tam inſcientiç ac im-
peritiæ autoris, quàm etiam diſtractionibus
& occupationibus alijs ſuis adſcribẽdum
erit: maximè circa ſtudiũ lectionum quo
tidianarum: quibus cõtinuis dum hæc
ab eo dictabantur, occupatus exti-
tit. Laus Deo clemen-
tiſſimo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# INDEX IN LIBROS ALBERTI Trotij Ferrarienſis De uero & perfecto clerico.

ABbatiſſa dicitur diaconiſſa. libro. ij. cap. iij. numero. 7. facie. 52.

Abſoluere ab homicidio qui poßint. lib. ij. cap. xxvj. numero. 12. fa. 124.

Abſtinere in cibis qualiter debeant clerici. lib. ij. ca. lviij. nume. 6. fa. 238.

Abſtinens dicitur etiam ille qui bene comedit. lib. ij. cap. lix. nu. 6. fa. 241.

Abundantia mater eſt diſſolutionis. lib. ij. cap. xlv. numero. 7. fa. 194.

